

21.
IOHANNIS KLEINII

I. V. D. ET PANDECT. P. P. SERENISSIMI PRINCIPIS MEGAP.
CONSILIARII INTIMI, NEC NON CANCELLARIAE
IVSTITIAE, AC CONSISTORII DVCALIS
DIRECTORIS

24

COMMENTATIO IVRIDICA
DE

MITIGATIONE
POENARVM
FAVORE MATRIMONII
CONTRACTI

Bon gelinder Bestraffung zu Ehren
dem heiligen Ehestand.



IENAE
EX OFFICINA SCHILLIANA MDCCXLIII.

JOHANNIS KLEINI
DE CLOVIS ET DE CLOVI
DUCIBUS ET DUCI
TURMI NDO NOC AVICELLA RIBA
VASTITATI AG COMITATI OLOM

CONFESSIO CARDI
DE
MITIGATIONE
POENARIAM
TAVORI MATRIMONII
CONTRACTI

Contra poenitentiam in Germania
per Petrum Geleium

Ex officina sculptori MDCCXIII



I. N. I. C.
COMMENTATIO
Exhibens Casus,
IN QVIBVS FAVORE MATRIMONII CONTRA-
CTI ORDINARIA MITIGARI POENA
POTEST.

S V M M A R I A.

Argumentum dissertati-
onis exhibetur §. I.
Ordo tractationis, initio a
Sodomia factio. §. II.
Cuius delicti atrocissimi
poena, ignis vel gladius
§. 3.

Marius Christianus Iudea-
am carnaliter cognoscens
an committat Sodomiam?
§. IV.

In quibus casibus poena mi-
tigetur. §. V.

Matrimonium Christiani
cum Iudea contraben-
dum non permittitur.
Contractum toleratur.
Poena stupri cum Iudea
commisso fustigatio est &
relegatio, vel arbitra-
ria. Fauore matrimonii
superuenientis mutatur in
poenam carceris. §. VI.
Incestus adulterio est gra-
uior, cuius tamen poena
variat pro diueritate li-
nea.

A 2 nea-

nearum & graduum. Haec poena ad coniugis innocentis intercessionem in

§. VII.

Poena bivis Incestus indistincte est gladius, quae nec ad intercessionem coniugis mitigatur. §. VIII.

Incestus linea Ascendenti & Descendenti inter Affines commissus non est tantaetur punitudinis. Huius poena est fustigatio cum perpetua relegatione, quae ad intercessionem coniugis in solam relegationem conuerti potest, id quod probatur etiam praeiudicio. §. IX.

Licet concurrat adulterium. §. X.

Incestus in Linea Collaterali, tam inter Consanguineos, quam Affines in primo gradu commissus, coeretur fustigariione cum perpetua relegatione. §. XI.

An matrimonium Fratrum & Sororum sit contra ius Gentium, an vero contra solum ius diuinum possum remissive. §. XII.

relegationem converti potest, et innocens relegatum maritum sequi tenetur. §. XIII.

An haec mitigatione obireat, si quis vxoris mortuae sororem sibi copulauerit? Subiungitur pro illustranda hac quaestione Responsum iuris. §. XIV. Adductis affirmantibus, contraria sententia tutor videtur. §. XV.

In Ducatu Megapolensi talis incestus est plane indispensabilis. §. XVI.

Quid si huic incestui adulterium accedat? Frater Coelebs Sororem Cajo nuptram incestans in Elektoratu Saxoniae una cum Sorore capite plectitur, extra Electoratum illi capitatis, huic fustigacionis poena cum perpetua relegatione dictatur. Vtrobique haec poena ad coniugis innocentis simul abitu-

abiturae intercessionem in
relegationem mutari pot-
est. §. XVII.

Eadem mitigatio multo ma-
gis obtinet, si fratribus
adulteri uxori proince-
stuoso marito intercedat
Et si maritus viua uxore
corpus suum cum eius so-
nore misceat, illaque pro
marito intercedat. Carp-
zouius statuit maritum
in carcere priuatum fu-
stigandum esse. §. XVIII.

Haec puniendo ratio, pae-
sertim extra Elecra-
tum Saxonie est rigi-
dior. §. XIX.

Reicitur sententia Stephana-
ni statuens in carcere
fustigandum esse, qui
coelbs incestum Et adul-
terium commisit, uxore
postea ducta pro ipso in-
tercedente. §. XX.

Incestus in secundo gradu
lineae collateralis inae-
qualis inter Consanguineos
fustigacione, inter
Affines sola perpetua re-

legatione punitur. §.
XXI.

Poena ordinaria ipsi in-
cestuosis ob matrimonium
in secundo gradu lineae
inaequalis cum incestuosa
contractum non remitten-
da, sed si cum alia con-
trahatur, ob innocentis
intercessionem mitigari
potest. §. XXII.

Incestus in tertio gradu li-
neae inaequalis tam in
Affinitate, quam Con-
sanguinitate, praesertim
inter personas, quibus
parentelae respectus de-
betur, committitur. Poe-
na est vel relegatio vel
pecuniaria. §. XXIII.

Carolus V. in Ord. Crim.
art. 121. ex Papicolarum
forsitan principiis statuit
Polygami adulterio es-
se grauiorem. Eiusdem
poena in Imp. R. aliis-
que locis. §. XXIV.

Iudeus hic non excipitur,
nisi, secundum Brunnem.
prima uxore ex libertate

A 3 legis

legis Mosaicae repudia-
ta, aliam ducat. §. XXV.
Poena gladii bene remitti
potest Mahometano cum
pluribus uxoribus ad no-
stram religionem transi-
turo; item Christiano a
Turcis derento, qui nulla
affulgente spe redemto-
nis superinduxit primae
uxori illam, cuius ope
liberatus est. Exempla
referuntur; item, si una
uxor mariti cestionibus
ex feminis exuberantia
ortis non sufficiat. Ex-
emplum allegatur. §.
XXVI.

Adulterium est delictum
grauiissimum. Dividitur
in Duplex & Simplex.
In Duplicato mas capite,
fœmina fustigazione pu-
nitur. Cur fœminam mitius
punitur? §. XXVII.
In Saxonia fœminæ adul-
teræ etiam capite puni-
untur. In simplici solu-
tus decapitatur, mari-
tata fustigatur. Iure

Saxon. maritata quoque
vltimum supplicium susti-
net. Maritus solutam
cognoscens fustigatur,
soluta arbitrarie puni-
tur. In Electoratu Saxo-
niae vero maritus gladii,
soluta relegationis poe-
nam incurrit. §. XXVIII.

Mitigatio poenae fauore
matrimonii obtinet etiam
in duplicato adulterio.
Superioris consensu ex-
tra Saxonia hoc casu
necessarius. In Saxonia
Electorali in adulterio
duplicato coniugis re-
missio non haberet locum.
§. XXIX.

In simplici a coniugato cuin
soluta commissi ob inter-
cessionem coniugis poena
ordinaria mitigatur;
idem, si solutus coniug-
atam adulterio polluat.
§. XXX.

An coniugis intercessio pro-
fit solutae personae?
§. XXXI.

Inter-

Intercessio coniugum nibil operatur, si veterque adulterii reus. §. XXXII.

Coniugis intercessio valeret, etiam si poena iam semel remissa. Remissio semel facta revocari nequit; nec in arbitrio adulterii est, remissionem acceperat, eur spernere. §. XXXIII.

Quae conditonaliter intercessit, si in loco commissi delicti manere possit, an relegandum inuita sequi teneatur. Ita iudicatum. §. XXXIV.

Quasi adulterium committunt desponsatae; de eiusdemque poena. §. XXXV.

An poena quasi adulterii fauore matrimonii mitigetur in sponsa ab alio viriata? §. XXXVI.

Quid si quasi adulterium coniunctum cum vero adulterio? §. XXXVII.

Raptus crimen stupro violento grauius. Poena

eius quidem capitalis, iure canonico tamen mitigatur. §. XXXVIII.

Stuprum violentum simplex stuprum & fornicationem turpitudine sua antecedit. De eiusdem poena. §. XXXIX.

Stuprum voluntarium quid. Poena eius de iure Civili.

Iure diuino & Canonico.

§. XL.

Hodierno iure stuprator vel pecunia vel carcere punitur, stupratamque vel ducere vel dotare teneatur, alimentis praeflitis, infanti. §. XLI.

An poenitentia Ecclesiastica remittenda? §. XLII.

Fornicatio iure Civili est extra poenam et bode arbitrarie punitur. §. XLIII.

Poena suffigationis malitiosa, deforctioni statutis localibus imposita fauore matrimonii contracti mirigatur. Concurrente etiam adulterio. §. XLIV.

§. I.

Diu, multumque mecum cogitanti, quamnam potissimum eligerem maceriam, elaborandae Disputationi aptam, quam speciminis qualiscunque Academic loco, in Almo hoc Roseto conscribere iam dudum mihi proposui, in manus tandem incidit Disputatio aliqua, DE FAVORE MATRIMONII IN MITIGANDIS POENIS, sub praefidio EXCELLENTISSIMI AC CELEBER-
RIMI ICti DO. KLEINII, Macenatis, Praeceptoris, ac Patroni mei, ea, qua par est, obseruantia etatem solendi, a Viro iuvene Nobilissimo ac Politissimo, Domino AVGUSTO MAGNO FECHTIO, MAGNI PARENTIS amulo Filio, Paternarumque Virtutum ex aße Hærede, communis omnium Eruditorum applausu hic habita. Obserua-
ui autem in perfectione dictæ Dissertationis, illam propter instantis tunc temporis iter Nobilissimi Dn. Authoris non omni ex parte absolutam fuisse, inibique istos tantummodo casus recenseri, in quibus FAVORE MATRIMONII DEMVM CONTRAHENDI ordinaria mitigari potest poena, referuata illorum causum enumeratione, ac dilucidatione, quorum poenam, caeteroquin Legibus determinatam, FAVORE MATRIMONII IAM TVM CONTRACTI index in mitiorem convertere valet, AD CAPVT TERTIVM. Cui manum admouere temporis angustia ac instantis illa tempestate itineris necessitas praefato Dn. Authori non permisit vid. Cap. 2. d. Dissert. n. 21. Cum vero non minus expediat Reip. ob poe nae rigorem non facile dirimi CONTRACTVM MATRIMONIVM, quam CONTRAHENDVM non impediri, vid. CARPZ. P. 3. C. 149. n. 48. & in iurisper Ecclesiast. L. 3. Def. 80. n. ii. Iustu Excellentissimi Domini PRAESIDIS coepit a Nobilissimo Dn. FECHTIO telam per-

pertexere statui, hac Dissertatione illos exhibiturus casus, in quibus poenas ordinarias FAVORE MATRIMONII CONTRACTI, ad praeuiam innocentis Coniugis intercessionem, mitigandi iudici conceditur facultas.

§. II.

Ne autem in illorum enumeratione tumultuarie proceffisse videar, eundem retinere ordinem in pertractando hoc practico, ac frequenti iuris articulo apud animum constitui meum, quem praclaudatus Dn. FECH'TIVS in sua Disputatione sibi *iuxta atrocitatem delictorum* elegit, initium facturus ab extremo illo ac omnium detestabilissimo carnis delicto, scil. a SODOMIA. Cuius crimen adeo nefarium ac abominandum est, vt non proficiat scire, et ne verbis quidem ob summam suam turpitudinem, et deformitatis atrocitatem pronuntiari debeat. Vid. DAMHOVDER. Cap. 98. n. 1. fol. 171. Prax. Criminal. CARPOV. p. 2. qu. 76. n. 23. fol. 209. Reliquae enim libidinum species naturales sunt, et a naturae instinctu proficiuntur, ac cum homine diuerfi sexus exercentur; at Sodomiticum peccatum, spretis naturae Legibus, ipsam naturam turpiter violat, humanae sobolis propagationem non modo non intendit, sed potius impedit ac destruit, omnemque specialitatem turbat, & fidei Christianae maculam fere extinguendam inurit, ex Christianis filios diffidens, (quasi de iporum salute pene diffidendum sit, c. Clerici X. d. Excess. praelat. Nov. 77. in pr. & Nov. 141.) efficiens.

§. III.

Ne ergo de tam horrendo crimine plura cum caedio verba faciamus, scire hoc in praefens sufficiat, Diuinis pariter ac humanas Leges contra hoc

B

gra-

grauissimum delictum summa cum seueritate insurgere, iuraque armari gladio vltore, vt exquisitis poenis ultimoque suppicio vel ignis vel gladii subdantur infames huius criminis rei. *L. cum vir nubis* §1. *C. ad L.*
Iul. de Adult. CCC. art. 116. imbiq; CLASEN. & STEPHAN.
Cz. Pr. Crim. qu. 76 n. 16. & 25. Dn. SIRYK. & Dn.
HOPR. ad §. 4 I. de publ. Indic. iuncto COLERO. Dec.
187. Quam iustissimam vltimi supplicii poenam,
nefando huic delicto praefitutam, nullo respectu
humano, adeoque nec Favore matrimonii contracti, ad
praeuiam Coniugis innocentis intercessionem posse
mitigari, verius iudico. Quando quidem non uni-
us tantum Reip. sed totius generis humani, quin &
ipsius Diuini Numinis interesse videtur, atrocissi-
mum hocce delictum non manere impunitum, ut
pote & mortalibus maxime exosum, & ipsi DEO detes-
tibilissimum, vid. Lev. 20. vers. 13. & 15. Lev. 18. vers.
20. Exod. 22. vers. 19.

§. IV.

An vero idem Iuris sit, Marito Christiano se cum Iudea carnaliter commiscente, ex praeiudicitalis quaestione: *Vtrum talis commixtio in reatum Sodomi- ticum imidat?* decisione diuidicatu haud erit difficile. Evidem *IO DOCVS DAMHO DERVS in prax. rer.*
Crim. Cap. 96. n. 28. coitum hunc affinitatem quan-
 dam cum Sodomitico habere peccato afferere nullus dubitat; Cui accedit *NICOLAVS BOER. Decij. 136.*
 n. 5. referens, Parisiis combustum quandam Iohannem Alardum fuisse, qui ex quadam Iudea, quam
 in domo retinuerat, liberos suscepserat, eo quod
 idem fere sit crimen cum Iudea rem habere, atque
 cum cane. Qua de causa etiam Christiano, carnaliter
 cognoscenti iudeam, mortis poenam infligen-
 dam esse, non aliter ac si cum bruto animali rem
 habu-

habuisset, voluit BONIFACIVS VITALINVS *in tit.*
de Rapt. n. 7. Verum enim vero contrariae sententiae,
 tanquam veriori & in praxi receptae, inter complures
 alios saniores Ictos patrocinatur ipse CARPZ.
in Pr. Crim. qu. 76. n. 66. & recte; cum Iudaea homo
 tamen sit, ad imaginem Dei aequa condita, licet in
 religione nobiscum non conueniat, ac proinde
 quamvis etiam praestantissimam bestiam dignitate
 sua multis antecedat parafangis. Sane *quod H. GRO-*
TIVS in Proleg. de I. B. ac. P. de quo quis mortalium in
 genere elegantissime afferit, merito de Iudaea etiam
 dici poterit, scil. quod Homo animans quidem sit,
 sed eximum animans, multoque longius distans a
 caeteris omnibus, quam caeterorum genera inter
 se distant.

§. V.

Quae cum ita se habeant, proindeque ex solis adulterii regulis hoc delictum dijudicandum sit,
 (vbi mitigationi poenae ordinariae fauorem *mari-*
monii Contratti locum facere posse, ex infra dicendis
 apparebit clarius) statuere equidem non vereor, &
 huius quoque delicti poenam *favore Matrimonii contrac-*
ti, intercedente pro Marito innocentie Coniuge, in
 mihiorem converti posse. Parile etiam iudicium esto
 de illo casu, quo Christianus solitus cum Iudaea
 itidem soluta rem habuit, eamque stupro pollutam,
 indiuiduo matrimonii nexus sibi postea iunxit.

§. VI.

Quamvis enim tale matrimonium CONTRA-
 HENDVM non permittatur per L. 6. C. de Iud. &
 Coelie. HOPP. in u. m. ad pr. I. de Nupt. ob varia ex
 eiusmodi coniugij metuenda incommoda, quae ad-
 ducit ARNISAEVS, de Iure Connub. l. 6. scil. s. n. 25.

B 2

seqq.

seqq. Conf. IACOBI. R. A. Don. Reg. Lib. 2. fol. 57. CONTRACTVM tamen hodie, ob spem conuerſionis non refindi, praxis quotidiana nos docet apertissime, Dn. SYK. ad Br. Ius Ecl. Lib. 2. cap. 17. §. 8. ad verb. cum infideli contrāctum, cum pernotissimū lūris Canonicī regulam, multa impedit fucrum Matrimonium & contrahendum, quae contrāctum tamen non dissoluunt. cap. 25. x. de Iure. Quo catū poenam fustiagtionis ac relegationis, vel etiam arbitrariorū iu praxi illis dictatiorē solitam, qui cum Iudaea se commiscent carnaliter, Vid. LV. CLARVS. Lib. 5. sen. §. fornicatio num. 29. AEGID. BOFF. in tit. de coitu Damnat. & panit. n. 21. OLDRAD. Conf. 333 n. 1. & seqq. NICOL. BOER. Dec. 316. n. 15. BARBAT. Conf. 73. n. 10. lib. 4. PROSPER. FARINAC. part. 5. oper. Crim. qu. 139. n. 2. & Cz. p. 2. qu. 76. n. 66. favore matrimonii cum Iudaea contracti mitigari recte, inque carceris mutari poenam posse, neminem facile inficias iturum arbitror.

§. VII.

Pedem nunc promouemus ad INCESTVS crimen, quod ipso adulterio grauius aestimari solet L. 38. §. 1. & 3. π. ad L. Int. de Adult. cap. adulterium 32. qu. 7. FARINAC. p. 5. Oper. Crim. qu. 149. n. 1. fol. 717. Quoniam vero delictum hoc non uniformiter sed varie pro ratione Consanguinitatis & Affinitatis, proque diuersitate linearum & graduum, committitur, nec uniformem omni incestui praefinitam Legibus poenam reperire licet. Evidem in Linea Ascendenti & Descendenti inter CONSANGVINEOS matrimonium non solum IVRE CIVILI, per §. 1. L. De Nupt. L. nuptiae 53. π. De R. N. L. nemini 17. C. eod. Nov. 12. cap. 1. CANONICO, can. 16. 17. 18. XXXV. qu. 3. sed & DIVINO Leviti. 18. vers. 7. & 10. Deut. 22. in f. 1. Cor. 5. ac ipso NATV-

NATVRALI, GENTIVMQVE IVRE per L. notab. *Iure Gentium* fin π. de R. N. L. 38. §. 2. π. ad L. *Inl de Adulti*. prohibetur. *Enim vero maritus, qui superior est Lege matrimonii, eam reuerentiam non potest praestare Matri, quam natura exigit, nec Patri Filia;* quia, quanquam haec inferior est in matrimonio, ipsum tamen matrimonium talem inducit societatem, quae illius necessitudinis reuerentiam excludit. Constat etiam quod coniuges identificantur, ac una fiant caro; in parentibus & liberis vero est naturalis quaedam repugnantia ad identificationem, quia causa cum effectu nunquam identificari potest. Vnde & vide-
mus, in ipsis affectibus esse naturalem & insitam quandam fugam commixtionis talis, quippe cum ab ea etiam quaedam animantia bruta naturaliter abhorreant, vid. Nov. 12. cap. 1. *PLIN.* Lib. 8 *Nat. Hist.* c. 42. *ARISTOT.* *Animantium historia nona* c. 46. *AELIANVS.* Lib. 5. *Hist. Anim.* *VARRO.* de Re Rust. lib. II c. 7. *HIERON.* *RORARIUS.* in *dissertat.* quod *animalia bruta melius homine utrantur.* Accedit, maximam confusio-
nem Familiarum, ac totius Generis humani, inde-
que omnium possessionum ac successionum secutu-
ram, si coniugia eiusmodi permitterentur. vid. *H. GROT.* de I. B. P. Lib. 2. cap. 5. n. 12. *Conf.* *Celeberrimus Dn. BECMANNVS.* in *confessi.* *Doeff. pol.* cap. 8. p. 40. &
in *Medit. polit.* d. 1. tb. 13. *Excell Dn. von der Linde* in *elegantissima Dissertatione De incestu* cap. 3. *Dn. HOPP.* ad §.
2. I. de *Nupt.* *CARPZOV.* in *Iurisprud. Confib.* lib. 2. tit. 5.
Def. 73. vide tamen etiam τὸν πάντα THOMASIVM. *In*
Ipportunia Diuina Lib. 3. cap. 2. n. 220. seqq.

§. VIII.

Poenam huius delicti, quae indistincte, con-
currente adulterio, vel non, per se capitalis, ac
B 3 *gladii*

gladii quidem est, *Dn.*, *STRYK.* ad *B. Br. Ius Ecc. Lib. 2. cap. 16. §. 24.* ad verb. etiam capit^s supplicium *CARPZOV.* qu. 72. n. 21. *CLASEN.* & *STEPHANI.* ad art. 117. *CCC.* *MENOCH.* de *A. I. Q.* *Cas. 502.* *BERLICH.* p. 4. *concl.* 32 n. 13. & *PARINAC.* *Praef. Crim.* p. 4. tit. 16. qu. 149. n. 14. & n. 61. nec remitti a iudice, neque favore Matrimonii contracti mitigari posse, expediti videtur Iuris esse. *vid.* *HARTM. PISTOR.* *Lib. 2. qu. 13. n. 35.* *COLER.* p. 1. *Dec. 174. n. 18.* & 19. p. 400. *CARPZ.* p. 2. qu. 72. n. 39. *PHILIPP.* in *usu Praef. inf.* *Lib. 1. tit. 10.* *Ecc. 70.* vbi praeiudicium. Nullibi enim in iure reperio dispositum, quod ad intercessionem Coniugis Patri incestufo gratia fieri possit, isque ab ordinaria poena liberari: Proinde licet Vxor Marito, qui cum propria *filia sua* inceustum, omni sequestrato pudore, commisit, ignoscere, & delicto non obstante, veterius cohabitare velit, non tamen auditur, sed Pater cum *Filia* poena gladii sunt afficiendi. *Vid.* *THOMING.* *Decis. 42. n. 20.* p. 451. & *CLASEN.* ad art. 1. 7. *CCC.*

§. IX.

Tantae vero turpitudinis non est *Incestus inter AFFINES in Linea Ascendi & Descendi*, sive per similem fornicationem, sive etiam sub specie matrimoni commissus: proindeque eius poena *ultra sufficiationem cum perpetua Relegatione* non extenditur. *Dn.* *STRYK.* ad *Br. Ius Ecc. d. l.* *STEPHAN.* & *CLASSEN.* ad art. 117. *CCC.* *ERNEST.* *COTHMAN.* *Vol. 3. Ref. 48.* fol. 426. & 427. *COLER.* p. 2. *Dec. 234. n. 7.* p. 68. *Dn.* *HOPP.* in *V. M.* §. 12. *I. de Nupt.* Hanc vero quin iudex, Fauore matrimonii non quidein cum illa, quam quis tali incestufo polluit complexu, (utpote quod itacum rescindendum foret) sed cum alia quadam legitime contracti, in solam relegationem convertere valeat,

valeat, nullus fere ambigo. vid. *omnino CARPZ. qu-
149. n. 60. COTHMAN.* Quam etiam sententiam *Amplif-
fima in hac Alma Facultas Iuridica deciso suo de 19. Dec.
1696. approbavit, quod ex benigna communicatio-
ne Excellentissimi Dni. Praesidis pro illustranda hac mate-
ria integrum hoc transcripsisse, forsitan non poe-
nitibit.*

P. P. Als derselbe uns abermalen beygehende, unter unser Facultät Insiegel wieder zurück kommende Protocolla inquisitionalia, contra Michael & Zacharias Höckstede, Vater und Sohn, wie auch Erien Schulzen, in puncto Incestus, Adulterii & Stupri zugefertiget, und unser Rechtliches Senciment, welcher gestalt allerseits Delinquenten zu bestraffen, auch wie es mit Verpflegung des Kindes, da es lebendig an des Dageslicht kommen sollte, und denen Gerichtskosten, denen Rechten nach, zu halten sey, ihm zu ertheilen, freundlich verlanget; Solchem nach haben wir Dechland &c. sothane Protocolla bey versamleten Collegio fleißig verlesen, und erachtet, nach reipischer derselben Erwiegung, vor Recht: Dass Inquisitor Erien Schulzen ihrer gerichtlich zugestandenen, mit Vater und Sohn betriebenen Blutschande halber, nach völlig überstandenen Kindes-Bette, öffentlich, jedoch solchergestalt, dass ihrem Kinde, fals sie es selbsten närt, an seiner Nahrung kein Abbruch geschehen möge, zur Staupen zu schlagen, und nach ausgestandener solcher Leibes Straffe, des Landes, auf Vergünstigung der Hohen Landes Obrigkeit, Ewig zu verweisen sei. Inquisitorum Michael Hückstade betreffend NB. wird demselben zwar auf geschehener Vorausbitte seiner Frauen, die wohldienste Straffe des öffentlichen Staupenschlages zu Ehren dem heiligen Ebestande erlassen, doch ist er, nach erlegten Gerichtskosten, und möglichen Unterhalt, des mit Erien Schulzen in Blutschande erzeugeten Kindes, fals es lebendig zur Welt kommen sol-

te,

te, NB. auf Vergünstigung der Hohen Landes Obrigkeit, des Landes ewig zu verweisen, und seine Frau ihm mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig. Der Sohn Zapharias, weil er von dem Beischlaff seines Vaters nichts gewußt, ist nach 8. tägiger Gefängniss bey Wasser und Brod, sich bei der Gemeine durch öffentliche Kirchen-Busse wider auszusöhnen allerdings gehalten. B. A. W. den 19. Decembr. 1696.

§. X.

Eo usque autem dicta procedunt, ut non tantum obtineant in illo casu, quo *solutus cum soluta incestuorum* exercuit concubitum; sed etiam hoc casu, quo *Coniugatus cum soluta incestum huiusmodi* commisit, e.g. si vxoratus, Nouercam suam post mortem Patris sui incestare non erubuerit: Quinimo & tunc, cum *solutus coniugatam* (e.g. Viduus priuignam suam, viuente adhuc eius marito,) carnaliter cognouit, posteaque ad secunda adiuolans vota, aliam sibi quaequivit legitimam thori sociam: Quo ultimo casu capitalis poena, propter concurrens simul adulterii crimen, (quod per se mortem meretur,) infligenda, adhuc ad intercessionem innocentis Coniugis, *fauore matrimonii cum ipsa contradi remitti*, inque perpetuam Relegationem mutari poterit, prout ele-ganter contra BERLICH. p. 4. Concl. 34. n. 29. COLE-RVM p. 1. Dec. 174. Num. 18. & STEPHAN ad Art. 17, CCC. decidit CARPOZOV. qu. 74. n. 70. & in terminis n. 74.

§. XI.

Misso iam incestu in Linea Ascendent & Descendent, perginus ad incestum in Linea collaterali communissimum, qui tam inter *Consanguineos*, quam *Affines* in primo gradu, puta inter Fratres & Sorores, & inter Ticium & mortuae suae vxoris Sororem, itemque inter

inter Caiam & Matri Fratrem, *fusfigatione cum perpetua relegatione coercetur.* BERL. 4. *Concl. 33. per tot. CARPZ.*
p. 2. q. 73. per tot. & qu. 74. n. 19. CLASSEN. ad art.
117. CCC. STRYK. ad B. BR. Iur. Eccl. Lib. 2. c. 16. §. 24.
ad verb. etiam capitinis supplicium, BR. in Proc. inquis. cap. 9.
n. 45. COTHMAN. V. 3. R. 48. n. 43. Vida. Diff. Dn.
FECHTII. c. 2. n. 2.

§. XII.

Exspatiari iam non lubet in latissimum illum, qui hic lē aperit, campum, latebrosissimā pertractando quaestione: An Matrimonium inter Fratres & Sorores sit contra Ius Gentium, an vero contra solum Ius diuinum posituum? Qui de ardua hac, ac vexatissima inter Theologos aequē, ac ICtos controuersia, plene informari cupit, euoluere poterit prae omnibus aliis Iuris Naturae Scriptoribus, ipsum H. GROTIUM, tanquam reliquorum omnium Coryphaeum, ac Antesignanum, in aureo suo Ope-
re de I. B. ac P. Lib. 2. c. 5. n. 15. Conf. SIMON. de im-
potent. Coniug. Cap. 9. ib. 2. n. 2. STRAVCH. D. 2. ad
Ius Inst. apb. II. NAVARR. Confil. 14. n. 3. SIMON. P.
in LEUVEN. Censur. For. Lib. 5. cap. 28. n. 1. & in primis
Generof. Dn. von der Linde in praelaudata Diff. de Incestu.
cap. 4. per tot. iunct. PVFFENDORF. Lib. 6. cap. 1. §. 34.
scqp. Dn. HOPP. ad §. 2. I. de Nupt. Velthus. de natural.
pudore pag. 20. scq.

§. XIII.

Illud interim appricari reor, huiusmodi incestus poenam, ad praeviam innocentis Coniugis intercessionem, *Favore Matrimonii postea contracti*, in relegationem conuerti posse. Poenae enim corporis inficiuae, morte minores, facilius *in honorem contracti matrimonii* mitigantur; Quod in incestu, inter *Collaterales*

C

terales

terales Affines primi gradus commissio, eo minus dubii habere videtur, quo ex proxime dictis liquet clarus, non obstante Parentes reprobata, qui tamen procul dubio magis aggrauat incertum inter Ascendentes & Descendentes Affines commissum) poenam fūfigationis, ad intercessionem innocentis Coniugis in Relegationem mutari posse, licet accedat adulterium. *Vid. CARPZ.* P. 3. q. 150. n. 60. Quo tamen casu innocens Coniux relegatum Maritum in exilium sequi tenetur, ne dati scandali vestigium remanens, turpis facti refriceret memoriam, aliosque ad idem delictum pelliceat.

§. XIV.

Vtrum vero haec Poenae Ordinariae, puta Fūfigationis, mitigatio, fauore matrimonii contrahit, illo obseruari casu solita, quo Vxor e. g. pro marito, ante matrimonium secum contraactum, fororem praedefunctae Vxoris incertu polluente, criminis deinde cognito, intercedit, ipsum in exilium fecutura, etiam hoc obtineat casu, quo incertum cum Defunctae Vxoris Sorore committens, hanc sibi ipsam copula sacerdotali clam copulari curavit, non inutilis, aut impertinentis est quaestio? Qui cum Actis Francfortensis, (vti ex sequenti Illustris Viadrinae FCtis Iuridicæ responso, de 3. April. 1696. cum Actis ad Illustrem hanc Varniacam FCtem Iuridicam mislo, nihilque ab Exc. Dno. Praefide beneuole communicato, plenius videre est:

P. P. Als uns berichtet worden, was massen ein Witzwer seiner verstorbenen Frauen Schwestern zu ehelichen, nicht aus Uppigkeit, sondern aus dem sonderbaren Vertrauen, daß niemand, als dieselbe seiner Kinder voriger Ehe mit mehreren Treue und Eorgfalt sich annehmen würde, gesonen; Und demnach so wohl unser, als auch der lsblichen Theo-

Theologis. Facult. hieselbst wosgegründete Meinung verlanget wird.

Ob eine solche Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, nach heil. göttlicher Schrift, und denen Rechten gänzlich und allerdings verbotten, und in keine Wege zugelassen werden können?

Dennach halten wir Decanus, Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juristen Facultät auf der Churfürstl. Brandenb. Uniuers. Frankfurt am der Oder dassur,

Ob schon (1) zweifels ohne im Weltlichen und Canonicischen Rechten dieselben Ehen verbotten und pro incestuosis gehalten L. 5. l. vte. C. de Inc. nupt. C. 21. l. 24. Caus. 32. g. 7. c. per X. de Confang.

(2) Auch nach heutigen Gebrauch im ganzen Reich, und fast in der ganzen Christenheit, nicht gebilligt werden. BEVST. de Connub. p. 2. tit. 51. vers. secundo.

Nicht weniger (3) im göttlichen Rechten die Ehe mit des Brudern Frau ausdrücklich verboten, solches aber eben derselbe Grad, nemlich der zweite Gradus affinitatis, ist. Lev. 18. vers. 16. & Lev. 20. v. 21.

Massen dann (4) die proximitas Carnis der einige, und eigentlich Grund des göttlichen Verbots, und dieses pro Regula gesetzet, ne quis accedat ad proximam carnis suae. Lev. 18. v. 6.

Es ist aber eines jeden Frau ipsius Caro, und demnach deren Schwester ipsius Carnis proxima, und zwar eben so wol, als des Brudern Frau.

Zu dem (5) so ist ausdrücklich auch mit den Frauen Schwester die Ehe verbotten, in Lev. 18. v. 18.

Solches auch (6) viele Theologen und Rechtslehrer also dassur halten, und zwar zum Grunde seken, daß Lev. 18. nicht bloß die allda benannte Personen, sondern derselben

Gradus verstanden, und bey jeden Verbott toto gradu die Ehe untersaget werden.

Alldieweil aber hingegen in keinen Streit kommt, ob solche Ehen würtlich verbotten sind, zumalen solches Verbott in dem gemeinen und Canonischen Rechten deutlich gnug enthalten ist, sondern darauf die Frage ankommt? Ob selbige lege diuina morali & naturali verbotten, und demnach der höchsten Obrigkeit die Hände gebunden sind, solche zuzulassen, und darin zu dispensiren.

Ob nun zwar Vener. Facultas Theologica dieses Orts solches verneinen will, so halten wir doch derselben, und aller bessere, Meinungen, vorbehältlich, dahir, daß solche Heyrath mit der verstorbenen Frauen Schwester legi naturali & diuina morali nicht verbitten seyn, aus folgenden Gründen.

(1) Weit in der ganzen heiligen Schrift ein Verbott, die Frauen Schwester zu heyrathen, sich nicht findet; sondern

(2) Hingegen, so oft von dem Verbott dieses Gradus secundi affinitatis gehandelt wird, allezeit bloß und allein des Bruders Frau, nie aber der Frauen Schwester gedacht und also beständig das Verbott auf des Brudern Frau restringiret wird. Wie solches zu zweyen malen also wohbedächtlich geschiehet. *Levit. 18. v. 16. & Lev. 20. v. 21.*

Und ist es (3) zwar idem gradus, nicht aber eadem ratio, sondern beyde Fälle, des Brudern Frau, und der Frauen Schwester, allerdings, und in dem Haupt Grund selbst unterschieden.

Solches (4) um etwas gründlicher zu untersuchen. So ist zuforderst gewiß, daß die propinquitas Carnis, die *Levit. 18. v. 6.* erwähnet, und als zum Grund gesetzet wird, nicht generaliter verstanden werden könne, angeheben zwischen allen Menschen eine cognatio et propinquitas carnis ab eodem stipite ist, und also in infinitum die Ehen dadurch verboten seyn müsten; sondern nothwendig diese

diese general Benennung durch die so gleich darauf subnaturale special Satzungen und Fälle erklärt, restringiret und beschränket werden müsse.

Aus allen diesen Lev. C. 18. &c. C. 20. befindlichen Ehesagungen aber erhellet (5) daß daselbst von keiner andern propinquität gehandelt werde, als welche zuförderst in linea recta ist, zwischen Eltern und Kindern, (als dem Hauptgrund und Ursprung aller Anverwandtschaft) und dann zwischen denen, die mit Eltern und Kindern ein Leib sind, und pro vna cum iis carnae gehalten werden, oder die wenigstens eine unitatem familiae begreiffen.

Maßen nicht nur (6) daselbst bloß und allein verboten wird, daß ein Mann heyrathe zuförderst seine Eltern; und Kinder, ferner die mit seinen Eltern und Kindern ein Leib sind, als wie derselben Ehegatten (qui sunt affines ipsius in linea recta) und derselben seiner Eltern Söhne und Töchter (qui sunt ipsius fratres & sorores patrui vel auunculi &c. Propatrui &c. Und dann endlich die, so in seines Väters Familie durch Hexzath eintreten (vt fratris ipsius vel patrui vidua) unter keiner Gattung aber ist seiner Frauen Schwester begriffen, welche weder seiner Eltern, Ehegatte oder Tochter ist, noch in seiner Väter Familiae eintritt.

Sondern es erweiset auch (7) eben dasselbe die aussdrücklich angehengte Ratio: Dass er seine Eltern und deren Ehegatten nicht soll heyrathen, weil jenes seine, dieses seines Vätern, oder seiner Mutter; (quasi eiusdem corporis) Scham ist, Lev. 18. v. 8. 10. 16.

Noch sein amitas & materteras, quae sunt vnum corpus cum auo &c. Lev. 18. v. 12. 13.

Noch seines Brüders und Vätern Brüdern Frau, weil selbige zwar nicht ein Leib sind, mit seinen Eltern, jedoch mit denen, die mit ihm ein Haus und Familie conliverent, Lev. 18. v. 14. 16.

Da hingegen seiner Frauen Schwester weder einige
Vniat mit seinen Eltern, noch mit derer, oder seine Fa-
milie hat. Folgends unter der daselbst angeführten pro-
pinquitat gar nicht begriffen ist. Wie dem auch

(8) Aus eben derselben Ursache, an beyden Orten,
alleine des Patru, nicht aber des Auunculi Frau zu heu-
rathen, verboten ist. *Lev. 18. v. 14. & Lev. 20. v. 20.*

Weil jene durch die erste Heirath schon in seines leib-
lichen Vatern, und dessen Brudern Familie getreten, hin-
gegen diese zu seyn, oder seines Vatern Familie gar nicht
gehörig, sondern in so weit fremde ist. Dass nun auch

(9) dieses mit dem wahren Moral Gesetz, oder Na-
tur Rechte alleine indispensabel ist, § per. Inst. de Iura
nat. gent. & Ciuit. gänglich überein komme, und demselben
gemäß seyn, erscheinet gnugsam dahier, weilen kein Verbot
dieser Ehe aus dem Moral Rechte dargethan werden kan; Ein solches Verbot aber allerdings erwiesen werden muß; Prohibitio enim, quae facti est, probari debet: &
quicquid lege prohibitum non appareat, permisum
intelligitur. Et sola prohibitio legis illicitum red-
dit, quae proinde si nulla ostendi possit, nec illici-
tum quid statui poterit.

Und weil (10) die obligatio hominis ad legem
seruandam alleine ex lege ipsa, eiusque praecepto ents-
pringt, so kan kein Mensch dieses Gesetze und Verbote,
wegen der Frauen Schwester abzuhalten, obligat seyn,
wann ihm ein solches Gesetze nicht gezeigt, und erwiesen
wird. Neque enim quisquam obligari potest ad le-
gem seruandam, quae non appareat, & existere pro-
batur, neque violatur lex, quae nescitur. Wie
dann

(11) Eben aus dieser Ursache herkommet; quod
nulla lex obliget nisi publicata, id est, nisi ad publi-
cam notitiam omnium perlata, ita ut omnes certi
esse

esse possint de lege lata: Bloß darum, weil kein lex, obligiren kan, nisi eam latam esse constet, atque probatum sit.

Welches (12) Vornehmlich in Ehen statt hat, als deren Erläbniß dem Allgemeinsten Natur-Recht zugeschrieben wird, welches auch den Thieren gemein ist. *Princ. Inst. de iur. Nat. Gem. & Civ. L. 1. §. 3. ff. de Inst. & iur.*

Und demnach vor allen diese allgemeinste *Concessio naturae* so lange stehen muß, bis wol erwiesen werde, daß die Natur, oder deren Ueheber davon einige Fälle ausgenommen, und zwischen etlichen Personen die Ehen verboten.

Nun ist (13) bereits zwar aus heiliger göttlicher Schrift klar erwißt, daß niemand seine Eltern, und Kinder, und die mit denen für ein Leib gehalten werden, oder durch vorige Heyrath schon in dieselbige Familie versetzt, und einverleibt sind, und also in Specie seines Brudern, und Batern Brudern Weib heyrathen könne: Das aber über deme auch der Frauen Schwester zu heyrathen verboten sey, ist in ganzer heil. Schrift nicht zu finden, noch daraus bündig zu erwiesen. Massen dann

(14) Gar nicht gming ist, bloß hin zu astseriren, daß Lev. 18. & 20. Wann daselbst eine Person zu heyrathen verboten wird, nicht nur dieselbe Person, sondern der ganze Grad, in welchen dieselbe steht, verboten sey, dann solches ist kein Beweis, sondern eben das, worüber gesaget wird, und also, vt Scholae loquuntur, *petitio principii*, welches nicht gestanden wird, sondern eben dieses, daß die Gelehrte Lev. 18. & 20. nicht nach ihren Inhalt, und allein von der Person, davon sie reden, sondern weiter, und außer deren tenorem, auf den ganzen Grad und alle Personen, die in den Grad sind, & lieet alia ratio sit, vt sic, zu extendiren sey, völlig erwiesen werden muß,

muß, also durch solche assertion lex lata noch nicht dargehan ist. Hingegen kan

(15) Leicht erwiesen werden, daß diese assertio, daß daselbst durch Benennung einer Person der ganze Gradus verstanden, und verboten werde, ganz falsch sey; weiln daselbst auch viele Personen eiusdem Gradus genennet werden, und dennoch dieselbe, ob sie schon in einem Grad sind, nicht unter einem Verbot begriffen, sondern allezeit auf jede Person ein eigenes, absonderliches Verbot gesetzt ist, welches demnach kein Verbot seyn kan, so auf den ganzen Grad, sondern nur auf die benennete Personen gerichtet ist. Als wie von iedes Schwester ein absonderliches Gesetz und Verbot gemacht, und die Ehe cum Germana, ac Consanguinea, verl. 9. cum Uterina. v. 11. mit des Vatern Schwestern v. 11. mit der Mutter Schwester. v. 13. absonderlich verboten werden, ob diese beide in einen, und alle Schwestern, auch in gleichen Grad sind, wie auch die Stieff-Mutter und die Schnur beide in eodem gradu primo sind, und doch auf jeder ein besonder Verbot steht, &c. v. 8. & 15.

Ist demnach ohne Zweifel falsch, quod Leu. 18. & 20. nominata persona, totus gradus nominatus & prohibitus intelligatur, sondern im Gegenthell klar, daß auf jede Person, wann die schon eiusdem gradus ist, ein absonderlich Verbot gesetzt, und demnach solches nicht auf die Gradus, sondern auf die Personen gerichter sey. Massen

(16) sonstien die absurditatem folgen würde, daß daselbst ein Gradus zu zwey-drey- und mehrmalen verboten, und ein Verbot von einem Fall öfters inutiliter wiederholt, und cumuliret worden sey. Und

(17) Noch ein ungereimtes, daß da nominata persona, paritas gradus gemeinet und verstanden werden müste, ein Mann seine Uhi-Uhrenkel, oder abneptem
in

in quarto gradu eben, wie Consobrinam, quae in eodem gradu est, chlischen m̄ge, und m̄ste selbige Regul und paritas beides in linea recta transversa gelten, nachdem kein Unterscheid daselbst gemacht, und nirgends zu sehen ist, daß in etlichen Fällen graduum paritas, in andern aber nicht angesehen werden sollte.

Wie nun (18) dieses Verbot, der Frauen Schwester zu nehmen, gar nicht aus göttlicher Schrift erwiesen ist; also kan solches eben wenig aus dem gesunden Natur- und Völker Rechte, sondern auch daraus nur bloß die obbesagte Fälle erwiesen werden; Massen, daß in linea recta keine zugelassen werden können, ist zuförderst unstreitig, indem unter andern bekannt ist, quod membris illis, quae in concubitu miscentur, natura sua & omnium Gentium iudicio insit pudor & turpitudo quaedam, cuius detectio directo pugnat cum perpetua illa reverentia, quae post Deum summa debetur lege naturae Parentibus, quorum personam Natura liberis maxime sacro sanctam, esse voluit: Welches dann der Haupt Grund aller durch die Natur verbotenen Ehen, und alleine zum Beweis gnug ist: Massen, weil diffals alleine von Vermischung der Leiber gehandelt wird, und darauf das Verbot geht, so folget eben aus diesem Verbot zwischen Eltern und Kindern, daß man auch mit densjenigen, die mit Eltern oder Kindern ein Leib sind, oder aber da sie schon selbst nicht ein Leib mit denselben seyn, dennoch durch die Ehe natürlicher weise in eben diese propinquität einverleibet, und in eandem Corporis cum Parentibus & liberis vniatatem iure Familiae surrogat, und inseriat werden, sich eben so wenig vermischen dürffe. Vorunter denn alle Prohibitiones Lev. 18. & 20. und hauptentlich des Brüder, und Vaters Brüder Wittben, nicht aber der Frauen Schwester begriffen ist; Als zweischen welcher, und ihrer Schwester Mann gar keine propinquität

D

pinquität ist, die vnitatem corporis cum alterius Parentibus, vel liberis vel sūtem necessitudinem vnitati illi iure coniugii & familiae insertam, & iure Diuino ac Naturali ei comparatam, in sich bereift; Und ist also nichts beweislicher, als daß dieses Verbot aus Gottes und Natürlichen Rechten nicht erwiesen werden könne, zu dessen allen überflüssiger Bestärkung, und zu Hebung alles Zweifels dienet

(9) Das Exempel Jacobs, welcher neben seiner Frau, deren Schwester, die Nahel genommen, und demnach, daferne Gott solche Ehe durch ein moralisch und natürliches Gesetz verbotten, in steter Blutschande mit der Nahel gelebet haben müste. Nun kan ja

(20) ohne äußerste Verlelung göttlicher Ehren nicht gedacht, weniger geglaubet werden, daß eben damals, als Jacob mit seinen Weibern fortgereiset, Gott ihm also förfältig begleitet, gesegnet, beschützt, gar verführt, mit ihm umgangen, und gerungen, und so hoch sich ihm geöffnenbaret haben würde, wenn er eben damals, und auf denselben Wege so ungescheuet, und öffentlich seine lege morali & naturali verbotene Blut-Schande mit sich herum geführer hätte. Und mag

(21) nicht gesaget werden, daß Gott auch mit David und anderen grossen Sündern es also gehalten, weil solches nach geschehener Busse, oder um sie zur Busse zu bringen, geschehen, Jacob aber hat die Nahel bis an ihr Ende behalten, ist deswegen nie erinnert, weniger bestrafset, sondern hingegen vielmehr in währender dieser Ehe dermassen von Gott befieletig worden; welches, da es eine lege morali verbotene Blutschande wäre, unsers Erachtens mit der höchsten Reinigkeit und Heiligkeit Gottes, und mit dessen Wort, daß er die Ubelthäter nicht leiden könne, und aber um solcher Ehen willen, die Canander ausgerottet habe, nicht bestehen kan, zu geschweigen, daß

(22) Jo

(22) Joseph und Benjamin, samt ihren Nachkommen, wenn sie aus solcher Blutschande gezogenet wären, nicht für eheliche Kinder und Erben, weniger für rechtmäßige Erben der Verheißung des Landes Canaan gehalten werden könnten: Und kan

(23) am wenigsten vorgegeben werden, daß Gott hierin dispensirt hätte; denn zu geschweigen, daß solches erdichtet, und in der H. Schrift davon das geringste nicht zu finden ist; so ist hingegen bekannt, daß der heydnische Laban diese dem Jacob ohne Göttliche dispensation angetragen, und darauf Jacob sie ohne Bedenken und erhaltene dispensation angenommen habe. So kan auch

(24) nicht verneinet werden, daß Lev. 18. v. 12. die Ehe mit der verstorbenen Schwester deutlich zugelassen, und bloß nur bestohlen wird, da, bei deren Lebzeiten es geschiehet, (wie damals zugelassen war,) daß alsdann zwischen zweyen leiblichen Schwestern die aemulation und Esfersucht verschütert werden solle, wie der Einhalt klar zeiget. Es konnen zwar

(25) viel Exempel diesfalls allegirt werden, welches aber desto mehr für überflüssig gebalten wird, nachdem ein Evangelischer Reichs-Gürst, wie bekannt, neulich in solcher Ehe gelebet, und selbige durch viele Responsa und Consilia, auch publice approbiret worden.

Welchein nach wir dann dassir halten, daß zwar die Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester im gemeinen Rechten, und in den Christlichen Herrschaften Europa verboten sind, solches Verbot aber iuris positivi sey, und also darüber, zunalen wenn einige erhebliche Ursachen vorhanden, auf unterthänigste Bitt von der hohen Landess-Gürstl. Obrigkeit, ob sie wolle, wohl dispensirt werden könne. Von Rechtswegen. 3. April. 1696.

§. XV.

Cumque *Dn. CHRISTOPHORO IOACHIMO BVCHOLTZ*, Prof. Rintelenſi in Responſo ſuo pro Matrimonio Auguſti, Ducis Holſatiae, cum duabus Sororibus ſuccellue initio, inque Aſſertione huius Reſponſi, ex Examini Aſſertionis Aduersarii Havemannii, & tandem in Vindiciis contra eundem nec non cum *Dn. PFEIL*, Cent. t. Conf. 2. n. 4. HIERONYM. BRYCKNERO in Decis. Iuris Matrimonial, controv. 6. 8. n. 14. aliisque, quorum conſilii pro Matrimonio Alberti Ernesti Oettingenſis & Eberhardinae Catharinae Würtenbergensis Principum, Oettingae typis excuſa, ſub Titulo: Unterschiedliche Streitſchriften, Reſponſa, und Gutachten, ſamt denen Actis, einer in der Fürſt. Reſidenz Oettingen den 10. Octobr. 1681. gehaltenen Colloquii, über die Frage: Ob Gott verboten, oder zugelaffen habe, daß einer ſeiner verftorbenen Frauen Schwestern begehrathen möge? extant, hunc calum inter mero iure poſtivo prohibitos, ſieque confeuerter Dispensabiles, referunt, ac iſtiusmodi matrimonium contractum minime diſſolvendum eſſe ſuadent, variisque illuſtribus firmant exemplis, *Vid. RICHTER. Dec. II. no. 25. CARPZOV. L. 2. Def. 83. & 99. aliisque longa serie citati Dres a BRVKNERO. d. Tr. 5. c. 50. p. 264.* a Poenae Ordinariae mitigatione hoc caſu non erunt alieni; At vero, qui cum MICHAELI HAVEMANNO Superintendente olim Generali in Ducatu Bremeri & Verdenſi in Gamologia ſua L. 2. Tit. 5. & Appendix Confil. 34. 35. 36. & poſtea in Aſſertione, tandemque, in Defenſione Reſponſi Moſis, cumque AEGIDIO STRAVCHIO in Tractatu Wittenbergae 1669. edito, cui titulus eſt: Daſ das Geſetz Moſis, du ſolt deines Weibes Schwestern nicht nehmen, noch ſeſte ſtehe, eiusque Duplici & Triplici, aliisque Theologis aequi, ac Ictis quam plurimis, quorū longum exhibet catalogum *Dn. BRVCKN. d. Tr. c. 8.*

n. 18

n. i. contrariae sententiae, ut tatori, subscribunt, & iuxta Regulam BRVNNEM. in I. E. Lib. 2. c. 16. §. 27. STRYKII in Not. ad eund. d. l. GERHARDI in loco De Coniugio §. 289. & HAVEMANNI. in all. Tr. Lib. 5. Tit. 5. Pos. 9. Reg. 19. omnis matrimonii, in gradibus Iure Diuino, prohibitis, *contra*cti**, vrgent dissolutionem; hi omnem etiam poenae ordinariae mitigationem intuimus istiusmodi clam *contra*cti** matrimonii, omni prorsus fauore indigni, exulare debere, non sine ratione statuere videntur, ne tali incestu se inuicem maculantes, ex maleficio suo sentiant beneficium, inuitu iure fructuri fauore illius matrimonii, quod lus Diuinum aequa, ac Humanum damnat.

§. XVI.

Sane, cum Ordinatione Ecclesiastica Megapolensi, Tit. 8. in fin. incestus cum mortuac Vxoris Sorore inter calus plane *indispensabiles* referatur, non potuit Amplissima Fetas Iuridica Rostochiensis, post Ictos Francofurtenses, referente Excell. Dn. Praefide, de hoc casu consulta, aliter, quam pro deneganda dispensatione contra-Consulentem, Subditum Megapolensem, respondere, praeprimis, cum varia Consistorii Megapolensis praiejudica, perpetuam hanc dicti Ducatus praxin satis confitimus.

§. XVII.

Quid vero, si huiusmodi incestus Crimini accedit simul *adulterium*, e. g. Si Frater coelebs ad adulterium seduxisset Sororem, Caio adhuc nuptam, vel Soror Cœlebs, Fratris, viua adhuc Vxore sua, turpi incestu se maculasset, vel tandem Caius, viua Vxore sua, in veneros amplexus Sororis eius, adhuc Virginis, ruisisset. Et nullus dubito asterrere, vtut primo *casi* in persona Sororis aequa, ac Fratris in Electoratu Saxoniae adulterium capitinis CARPZOV. P. 2.

q. 54. n. 27. § 36. Extra Electoratum vero, & vbi Ius Commune & Carolinum obtinet, in solo Fratre, Capitis poena coeretur, Sorore adultera fustiganda cum perpetua relegatione, Nov. 134. c. ii. CCC. a. 120. HEIG. P. 2. q. 29. n. 19. HOPP. in Vf. Mod. ad §. 4. I. de Publ iudic ibique Dn. STRYK. ad intercessionem tam
en Mariti, Sorori in Electoratu Saxonie, & extra illum etiam, Fratri tempore incestus, & adulterii cum Sorore, Caii Vxore, commissi adhuc coelibus, ad intercessionem postea sibi matrimonio quae sitae Vxoris legitimae, capitis remitti poenam, inque relegationem mutari posse, innocentem Coniuge, nocentem in exilium secura. Decisionis huius fundamentum in illo pono, quod accedens incestus duntaxat relegationis perpetuae ac fustigationis poenam, mercatur, haec autem leuior poena gladii ob adulterium dicitandi, non impedit mitigationem, quam honor contracti matrimonii, eiusque non dirimendi fauor sibi depositit: Unde infero: Quo casu grauior adulterii poena extra concursum cum incestu non impedit, quo minus illa ad praecias Coniugis preces, cum adulteria in exilium abitura, in honorem matrimonii contracti mutari possit in leuiorem perpetuae relegationis poenam, illo quoque casu, leuior incestus poena etiam in concursu cum adulterio impedimento esse non potest, ne fauor contracti matrimonii, innocentem pro adultero intercedente, poena promerita mitigetur. Cum enim perspecti vbique iuris sit, poenam maiorem absorbere minorem. L. I. Vnd. 31. § fin. ff. Ad Aquil. BALD. in L. Quintus 4. n. 5. C. de Serp. fixit NICOL. REVSNER Dub. 2. Dec. 20. n. 7. DAMHAVD. in Prax. Rer. Crim. c. 77. n. 4. inconveniens utique erit, grauiorem maioris delicti poenam ordinariam in honorem contracti matrimonii remissam, non levaturam esse concurrentis minoris delicti,

litti, per maius iam absorpti, poenam ordinariam minorem.

§. XVIII.

Eadem ordinariæ poenæ mitigatio multo magis locum inueniet in secundo casu, Fratris adulteri, Vxore, pro incestuoso & adultero Marito intercedente, cum hoc casu, neque adulterii, neque incestus solitarie spectati poena, fustigatione grauior sit, extra sc. Electoratum Saxonie, & vbi viget lus *Commune & Carolinum*, HEIG. d. l. n. 22. COLER. Dec. 176. n. 21. CARPOV. P. 2. q. 54. n. 37. in fin. In Electoratu vero Saxonie, in coniugato, cum soluta rem habente, poena gladii obtineat, Vid. Conf. Elec. 19. P. 4. verb. darüber aber CARPZ. d. l. n. 37. & 40. fauore matrimonii contracti in relegationem perpetuum commutanda, innocentem coniuge, nocenti tenaciter adhaerente. d. Conf. Elec. verb. diewile circa medium, CARPZ. P. 2. q. 55. n. 2. 18. 23. q. 54. n. 36. & q. 53. n. 39. Nec aliud iudicium esto de tertio casu, ob identitatem rationis & poenae. Vid. omnino CARPZ. P. 2. q. 74. n. 71. seqq. Vbi tamen putat, Adulterum Maritum, cum Vxoris suae Sorore se carna- liter commiscerent, licet pro ipso Vxor intercedat, priuatum in carcere fustigandum esse: Vid. praeiudicium de A. 1603, menſe Aprili inihi adductum, in verbis: Hat Caius bekannt, daß er mit seines Weibes Schwester, einer ledigen Dirne, welche desfalls albereit mit Staupenschlagen des Landes ewig verwiesen worden, fleischlich Unzucht und Ehebruch begangen, und NB. es hat sein Ehereib für ihn gebeten, und sich erklärt, ihm dieses Verbrechen zu verzeihen, und ferner ehelich beyzuwohnen: Ob ihn nun wohl auf gedachtes seines Weibes geschehenen Vorbitte, NB. dem heil. Chestand zu Ehren, die ordentliche Dodes Straffe, so er sonst desfalls verwircket, erlassen werden mag; so wird er doch, nach Gestalt seiner Verbrechung, NB. im Gefängniß mit Ruthen ziemlich gezüchtigt, und hernacher des Landes ewig

ewig verwiesen, daraus ihm sein Ehereis mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig.

§. XIX.

Hanc puniendi rationem, licet *hoc casu* facilius quis in *Saxonia Eleitorali*, (vbi per proxime notata *Coniugatus* ob adulterium, cum *soluta* commissum, *gladii pœnae* subiicitur) admittet, quorū & respe-xisse in praeiudicio allato videtur *CARPZOVIVS* in verbis: *Die ordentliche Codes Straße?* si er sonst deßfalls verwircket etc. (vtut tamen hic iusta dubitandi ratio minime deficiat, eo, quod & maior hoc casu *adulterii* poena extra concursum cum *incestu*, vincat le-viorem *buius* pœnam, illamque plane absorbeat, etiam in concursu cum adulterio) rigidore tamen illam extra *Elektoratum Saxoniae*, illisque in locis, in quibus adductum Constitutionum Criminalium Ca-rolinarum hoc casu tantum in *adulterum & incestum* *fusigatio cum perpetua relegatione* statuitur esse, inde con-cludo, quod ceteroquin *intercessio Vxoris innocentis* pa-rum operatura sit, ad quam tamen tam in *incestu* tali, quam in tali *adulterio* ordinaria *fusigationis* pœna in so-lam *relegationem* mutabitur, quodque quoad laesiorum honoris coniugij parum videatur interesse, an Mari-tus publice, an priuatum in carcere fustigetur, Vxore Ma-ritum, virgis casum, aegre receptura, vti in simili docet *CARPZ.* P. 2. q. 55. n. 28.

§. XX.

Hinc assentiri non possum Dn. STEPHANI in Commentario ad CCC. art. 117. statuenti, priuatum in carce-re etiam hunc *fusigandum* esse, qui celebs *adulterium & incestum* simul commisit, vxore, quam postea duxit, pro ipso intercedente, cum accedens *adulterio* simplici *incestu* *collateralis* efficere nequeat, ut pœna, ad *intercessi-onem* *innocentis Coniugis* in *casu simplicis adulterii*, etiam a *soluto*

soluto cum Coningata commissi, capitalis, non mutetur in simplicem relegationem perpetuam, incesta collaterali in gradu primo, grauiorem quam fūstigationis poenam non admittente.

§. XXI.

Sequitur nunc incestus in secundo Gradu Lineae collateralis inaequalis tam INTER CONSANGVINEOS (e. g. inter Titum & sua sororis filiam, vel Caiam, & Iuae Sororis vel Fratris Filium, itemque inter Me, & Amitam, aut Materteram meam, quam AFFINES, (e. g. inter Titum, & Patrui Defuncti viduam, interque Titum, & defunctae vxoris sororis filiam, commissus; vbi in priori casu, scil. Consanguinitatis fūstigation, CARPZ. P. 2 qu. 73. n. 17. 25. & 28. HARTM. PISTOR. Obs. 192. n. 59. & 66. in posteriori, nempe Affinitatis, sola perpetua Relegatio in praxi dictatur. CARPZ. qu. 74. n. 32. & seqq. Conf. Dn. FECHTII Diff. c. 2. n. 26.

An vero illo casu, quo Titius Sororis vel Germanae vel Consanguineae (in gradibus enim Iure diuino expressis nil interest, an persona duplicit, an vero simpli- ci tantum vinculo sit coniuncta, BECHSTAD. de Iure Connub. P. 1. c. 12. p. 81. in fine & P. 2. c. 5. pag. 177. CARPZ. Lib. 2. Def. 81. & STRYK. in not. ad BRVNNEM. Ius Eccl. Lib. 2. cap. 16. §. 22) vel praedefunctae vxoris sororis Filii am sibi nuptiis iuxxit incestuosis, in honorem matrimonii contracti remitti ordinaria fūstigationis & relegationis poena, & priori casu in exilium, posteriori vero in Carcerem conuerti possit, dependere ex praeiudiciali quaestione secundum nonnullos videtur: An taliter iuncti iterum sin dissoluendi, an vero Superior de hoc casu licite dispensare possit? Quod ultimum integris quidem Responsis defendit Fitas Iuridica Helmstediensis 27. Sept. 1680. Chiloniensis 17. Octobr. eiusd. Ann & Rintelensis 7. Octobr. eiusd. Anni, quae videre sunt in notis STRYKIANIS ad B.R. Ius Eccl. Lib. 2. c. 6. §. 22. p. 619. seq. conf. RICHTER. Dec. II. n. 13. seq. vbi dispensatum fuisse testatur illo casu, quo quis sibi iuxxerat praefunctae

E

fūstigatio-

functae uxoris sororis filiam; iuncto Dn. a BEVST. de Iur. Con-
mub. p. 2. n. 52. afferente, suo tempore matrimonium
Nobilis cuiusdam, cum Materteria sua de facto contractum,
non fuisse recessum, sed toleracui potius, inficta
solum Relegationis poena; Mihi tamen, salua veneratione
tot illucrum Collegiorum, tutor videtur sententia
negantium, ex rationibus, quas adducit Excell. STRYK.
d. l. p. 617 seq. & bis fecuta est illustris Facultas Iuridica Via-
drina 7. Febr. 1674. & 1681. vid. STRYK. d.l. & HOPP. in Comm.
ad pr. I. de Nupt. Quam etiam recepit Ducatus Maga-
polensis, sicuti videre est in ORDINATIONE Confes-
soriali Mecklenburgensi tit. 8 von Gradibus der Blutsfreunds-
chaft, darinnen die Ehe verboten ibid. in derseitwerts Linie
&c. zwischen dir, und deines Bruders NB. oder Schwester
Dochter & paulo post NB. deines Weibes Schwester Tochter
immo verfe. fin. vbi expresse statuitur, quod haec per-
sonae etiam post contractum Matrimonium separari debeant.

§. XXII.

Sed vt, quod sentiam, clarius exponam; Ad
decisionem principalius quaeftionis parum facere decisio-
nen huius quaeftionis, iuxta alios, praeiudicatis, omni-
nino statuo. Licet enim facile largiar, dirempto ist-
iusmodi incesto matrimonio, penam in honorem matri-
monii, iam dissoluti, aut dissoluendi, promeritam, mitigari
haud posse, cum eius, quod non est, fauor etiam
possit esse nullus; persuadendo tamen mihi esse non
potui, vt illorum etiam subscriberem sententiae, qui
penam illo caſu mitigandam autumant, quo ex dif-
penſatione Superioris, (quam sua ex hypothesi ipſi
tribuant Alii) matrimonium inter ineſtuos Coniugis
non dissolvitur. Hinc cum vterque Coniugum
idem delictum commiserit, nec alteri ex alterius remifſio-
ne, aut interceſſione quicquam fauoris accedere posſit,
ſicuti nec ex alieno delicto, alter Coniugum hic quicquam
damni metuit, quin potius vterque eiudem reatu & qui-
dem

dem ex propria & non aliena culpa, *panam* sustinere debebat *eandem*, concludo, non quidem *fauore matrimonii*, *cum incestuosa contratti*, incestuosis Coniugatis remittendam esse poenam ordinariam, illo vero casu, quo Ticius ad copulam carnalem *sororis filiae*, vel praedefunctae vxoris *sororis filiae*, extra matrimonium prolapsus, cum alia contraxit matrimonium, quea, manifestato demum post secum initas nuptias incestuoso concubitu, intercedens pro marito, illi diutius vult cohabitare, ordinariam *fusigationis* poenam priori casu in *perpetuam relegationem*, vxore cum marito in exilium abitura, & *perpetuam relegationem*, posteriori casu, in *carcerem* mutari posse.

§. XXIII.

Incestum tam in *Affinitate* quam *Consanguinitate*, in *tertio gradu* *Lineae* *inacqualis*, praesertim has inter personas, quibus parentela reficitur debetur (v. g. inter Te, & Aui, & uiaeque Sororem, item inter Te, & Fratru, Sororisque Neptiem, & inter Te, & defunctae vxoris sororis Nepentem, item inter Titiam & defuncti mariti Propatrium, IVRE CANONICO, c. f. X. de *Consang.* & *Affinit.* CIVILI, §. item amitam s. I. de *Nupt.* L. per adoptionem 17. §. 2. L. *Sororis* 39. π de R. N. & OMNIVM FERE LOCORVM STATUTIS vid. STRYK. & HOPP. ad pr. I. de *Nupt.* §. 16 & 12. PHILIPPI in *Vsu Pr. inst. ad. Tir. de Nupt.* Ed. 63. & CARPZ. p. qu. 73. n. 37. etiam committi, ne iuriis quidem Tyroni amplius incognitum esse potest. Quamquam vero istiusmodi incestus, ultra Relegationem in *Consanguinitate*, vid. CARPZ. p. 2. qu. 73. n. 37 & 47. ubi praetudicium, aequum ac in *Affinitate* perpetuum CARPZ. p. 2. q. 74. n. 43. & 44. ubi praetudicium non puniatur, (reliquis, qui inuicem sibi parentum Liberorumque loco non sunt, in eodem gradu *Lineae* *inacqualis*, v. g. Titio, & Amitae vel Materterae magnae Filia, item Titio, & mortuæ vxoris conföbrinae Filia, incestum committentibus, *Cognatis*, aequum *Affinibus temporalis*

ralis duntaxat *Relegationis* poenam in *Saxonia*, CARPZ. d. l. qu. 74. n. 45. ibique *praeiudicium* & *quaest.* 73. n. 48. & 52. ibique *praeiudicium*, & extra illam alibi pecuniariam incursum, hincque intrepide concludam, iudicem *perpetuam Relegationem*, in *temporalem*, aut *carceric* etiam poenam, illo casu, quo *vxor* *innocens*, pro *marito* suo, *huius incestus* *reō*, intercedit, *fauore* *matrimonii* ipsocum, post commissum cum *Materterae Magnae Filia* *inceustum*, *contrati*, conuertere posse; *Ipos* tamen *incestuos*, hoc casu *matrimonio* coeuntes, nil *praefidii* ex *illicite contratio* *istiusmodi matrimonio* ad mitigandam promeritam poenam petere posse, sed vtroisque in *perpetuum* esse *relegandos*, ex *antea* iam *adductis* *statuo* *rationibus*; facile caeteroquin largitur, *dispensationi Superioris* hoc casu locum dari etiam in *ipso* *incestuos* *Coniugibus*, ne contractum dissoluatur *matrimonium*. vid. in terminis *Magnific. Dn. MEVIVM p.3 Dec. 399. Br. in I. E. L. 2. c. 16. §. 21. STRYK. in Not. ad Br. d l. ibique Fili Viadrinae Reffonsum de 19. Augus. 1680. & Excellentiss. Dn. SCHOEPPFER. in Synopf. Pan- debet. ad Tit. de Nupt.*

Confobrini eti de *Iure Civili* recte connubialis vinculo sibi inuicem iungi possint, §. duorum 4. I. de *Nupt. L. si nepotem 3. π. de R. N. L. conditioni 2. l. de insit. & substit. neque in Lev. 18. & 20. prohibeantur, vel quoad personas vel quoad gradus; Quin potius Viri pii, vitaque sanctimonia illustres, talia contraxisse matrimonia in sacro Codice legantur, conf. *Genes. 29. v. 12. Exod. 6. v. 20. Num. 36. v. 11. Tobiae 7. Iosuac 15. v. 17. Moribus tamen vniuersae Germaniae sub pecuniaria, *Saxonia* vero etiam sub *perpetuae Relegationis* poena a *matrimonii* *nexus* arcentur, CARPZ. p. 2. qu. 73. n. 29. 33. & 35. STRVV. in *Iprud. Rom. Germ. For. lib. 3. tit. 28. §. 23. HOPP. in V. M. §. 4. I. de Nupt.* Quin ergo & hoc casu ordinario illa poena in *relegationem temporalem*, vel *carceris*, aut etiam pecuniariam *fauore matrimonii* cum alia postea *contra* mutari possit, nullam ferme deprehendo dubitandi rationem. Illud vero nemini-**

neminem latere posse, ex regula supra tradita, arbitrator: hoc sc. matrimonium inter Consobrinos initum, ut propte non Iure Diuino, sed statutario tantum, ac Provinciali incestuorum, non refcindi, sed sua gaudere validitate plenissima: Cuius forsitan non inepte hanc dabis rationem, quod cum magno illo GROTIQ Lib. 2. c. 5. §. 16. sape indecentia, sit maior in actu, quam in effectibus; sape etiam incommoda, quae rescissionem sequuntur, maiora, quam ipsa indecentia, aut incommodum actus ipsius.

§. XXIV.

Misso iam incestu, ad POLYGAMIAM descendeo, quam sua atrocitate ipsum superare adulterium, in Ordin. Crim. art. 121. vb.: Welche Ubelthat dann auch ein Ehesbruch, und NB. und grässer, dann dasselbige Easter ist forian ex Papicolarum principiis, Matrimonium, Sacramentorum numero adscribentium, Vid. Magnif. Dn. STRYK. in Coroll. 2. Disp. de Diffensu utriusque Deffonsat. aperte statuit Imperator Carolus V. Confer. FICHARD. Tom. 2. Conf. 115. q. 7. GILHAVS. add. art. 121. fol. 38. Non producam iam quidem in scenam, variis animi motibus inter Theologos & que, ac 1Ctos in utramque partem plus simplici vice agitatum spinosissimum illam quaestionem: *Vtrum Polygamia simulanea Virilis Iuri Naturali sit contraria?* Qea de videri consulique posunt plenus Viri acerrimi iudicij H. GROTIUS de I. B. & P. Lib. 2. c. 5. n. 8. & 9. adque eundem in notis MS. Excell. Dn. COCEIVS, Praeceptor olim meus, ad cineres summa cum obseruantia calendus, PVFFEND. de I. N. G. & C. L. 6. c. 1. §. 15. Dn. THOMAS, in Iurisprud. Diuin. L. 3. c. 2 §. 200. inque Disp. de Crimine Bigamiae. BRUCK. in Dec. Iur. Matrim. contrav. c. 14. §. 15. D. ZEIDLER. in Tract. Postibum. De Polygam. seq. cum quibus, aliisque ceteroquin in negationem ego propendeo. Neque iam excurrere luet in familiam illam in contiouersiam. *Vtrum Polygamia Iure Diuino sit prohibita?* Quodnon sine prægnantissimis rationibus negare videntur Exc. STRYK. n. not. ad §. 6. I. de Nupt. & ex eo HOPP. in Comm. I. d. §. 6. Conf. Epistola Christiani

Vigilis Germani, ad Sincerum Warenbergicum Succum Eiusdemque Discursus inter Polygamum & Monogamum; Pariterque THOMOPH. LI ALETHAEI Discursus de Polygamia, Celeberr. Dr. THOM. cit. loc. c. 3. n. 76. seq. Sed illud pro institutiratione duntaxat hic notasse sufficerit, sc. in Imperio Romano Germanico per CCC. art. 121. in Polygamos gladii poenam esse constitutam, CARPZ. P. 2. q. 66. n. 30, BERLICH. P. 4. Concl. 28. n. 10. Matth. COLER. P. 1. D. 176. n. 80. & STRYK. in not. ad BRVN. I. E. Lib. 2. c. 16. §. 1. Quoniam licet illis in locis, vbi per statuta adulterium ultra carcere non punitur, etiam in mitiore poenam commutandam esse, non sine ratione statuat BRVCK. d. l. c. §. 27. in Foro tamen Lubecensi, nec non hic Rostochii, aliud Vfū obtinere constat.

§. XXV.

Neque hic Iudeorum personam excipi arbitror per L. 7. & 8. C. De Iudeis, Vid. Dn. HOPP. ad §. 6. 1. de Nupt. DECIAN. Lib. 5. c. 12. n. 3. & BRVN. ad d. L. 7. vbi tamen cum aliis inibi citatis, hanc poenam illo cessare caū statuit, quo Iudeus repudiata Vxore prima, exliberitate Legis Mosaica aliam ducit, de quo dubitandi rationem facile subministrabit Lex 8. C. de Iudeis. Hanc vero gladii poenam, ne ad intercessionem quidem prioris Vxoris, in honorem prioris matrimonii contracti remitti & in mitiore mutari, licet in criminе adulterii ali id obtineat, confitans est ICtorum assertum, ipsa Fori Praxi satis comprobatum. Vid. MOLLER P. 4. Conf. Elec. 20. n. 4. CLASEN ad CCC. art. 121. CARPZ. qu. 66. n. 39. HAHN. ad Wesenb. ff. Ad L. Iul. de adult. n. 8. STRYK. ad I. E. BRVN. L. 2. c. 16. §. 1. iung. 10. VOLCKM. BECHM. in Comm. Theor. Pract. ff. Ad Tit. ad L. Iud. de Adult. Obferu. 44. ibique praeindicium. vt vt iulta non deficiente dispensationis caufla, Superior gladii poenam remittere ceteroquin utique possit, Vid. BESOLD. Diff. de Regal. c. 4. th. 2. in fin. STRYK. in not. ad I. E. BRVN. d. l. ibique FCtis Viadrina Reffonsum.

CON-

CONRAD ab EINSIDEL. *de Regal. c. 2. n. 67.* Qualis non quidem illa esse videtur, qua motus aliquando fuit, Rex Gallia Carolum, ad veniam cuidam Gallo, ob polygamiam capitis damnato, impertiendam: scilicet, quod hic polygamus post ductam *Primam* Vxorem parum probam, *Secundam* peiore, *Tertiam*, pessimam, illique similem inuenisset *Quartam*, animoque induxisset, se a ducendis Vxoribus ante cesaturum non esse, quam tandem vnam inuenisset bonam & probam, referente BEVSTIO de Connub. P. 2. t. 3. AEGYD. BOSSIO in *Tract. de Coitu* *damnat. n. 78.*

S. XXVI.

Bene vero hoc referri potest. (1) Casus, quo ex Turcicis, aliisque Gentibus Mahumetanis & Ethnicis, (qui ex permissione Legum suarum, cum pluribus Vxoribus matrimonium bona fide iam dudum contraxerunt) quis cum liberis & Vxoribus ad nostram Religionem Christianam est transitus. D. MAYER. in *Tract. de Coniugio inter duas. Sect. 2. c. 3. §. 26.* & *Sect. 5. c. 4. §. 5.* DVNTE in *Casib. Cons. c. 19.* *Sect. 1. q. 41.* BRVKNER. d. Tr. c. 14. n. 64. & BRONCHMANDVS in *Loc. de Coniug. c. 4. q. 6.* (2) Quo Christianus apud Turcas, aliasque Barbaras Gentes per multos annos absque villa redemptionis spe, dura detentus Capititate, perque Fœmiaam sub promissione matrimonii a molestia vinculorum liberatus, domum reuertitur, Vxorem priorem viuam adhuc deprehensdens. Quale exemplum extitit in Comite Glichenfi, referente WOLFFIO in *Sect. Memorab. Centur. 16. ad Annum 1515.* DRESSERO in *Millenar. 6. ad Ann. Christ. 1217.* PECKERSTEIN in *Theatro Saxon. P. c. 16* D. SAGITTAR. in *Hist. Glichenfi L. 2. c. 4.* & Dn. BRVCKN. d. l. 14 n. 66. vt ex eius epitaphio Saxeo, in quo ipse in medio durarum Vxorium Erfurti, in templo Monasterii S. Petri adhuc hodie conspicitur, discere est. Similis casus meminit IO. VOLCM. BECHM. in *Comm. ff. 1. Theor. Præf. ad Tit. de R. N. Observ. 2.*

n. 36.

n 36. Vbi Nobilis quidam Vxoratus in Polonica militia a Moscouitis captus, omni alio carcere elabendi remedio deficiente, ducta Virgine Muscouitica in Saxoni-am rediit, responsoque Amplissimæ FCtis Iuridicæ Ienensis ab vteriori inquisitione ex hac potissimum ratione liberatus est; quod durum omnino videatur, ipsum, qui cogente duro necessitatibus telo, secundam Vxorem superinduxit viuae priori, ad quam sine illa redeundi spes omnes decollauerat, eadem dignum iudicari censura, quam ad secundas nuptias, durantibus adhuc primis, *dolo* adulantes, merito incurrit; a quo, cum facile hoc casu polygamum liberauerit *necessitas*, iustum deprehendit Amplissima Ienensis FCtas Iuridicæ caussam secundum matrimonium hoc casu non dirimendi. Addi his potest *Tertius Casus* Vnius vxoris, ex feminis exuberantia ortis vitionibus Mariti restinguendis non sufficientis: Ex qua caussa Philippo Hassia Landgrauio B. Lutherus Ao. 1539. Philippus Melanchton, Martinus Bucerus, Antonius Coruinus, Ioh. Leningus, lustus Winther & Dionysius Melander secundam Vxorem concefferunt. *Vid. corundem responsum ap. BRVCKN. in Dec. Iur. Conniv. Matrim. c. 14. in fin.*

§. XXVII.

Polygamiam nunc excipit ADVLTERIVM, Crimen certe ut frequentissimum, ita grauissimum. CARPZ. qu. 51. per totam. Hoc in *Duplicato*, quod *maritus* cum *aliena* *vatore* committit, ac *simplex*, quod vel a *solo*, ad *alterius* *tori* *socium* prolabente, vel ab *Vxorato* cum *Soluta* se carnaliter commiscente, perpetratur, diuidi, tam noctum quidem est, quam quod notissimum: Interim tamen ab hac delicti diuersitate varietas quoque poena dependet.

Equidem in Duplicato Adulterio moribus hodierni cui fere vniuersalibus, vid. tamen BEVST. de Connub. p. 9. c. 18. & STEPHANI ad art. 120. CCC. secundum

dum dispositionem *Iuris Civilis Nou.* 134. c. 10. & Autb. sed
bodie C. ad L. Iul. de Adult. ac Carolini, vid. art. 120. adul-
teri capitii incurrit supplicium, adultera fūliganda cum
perpetua relegatione; Pœna hac vſu Fori in locum detraſio-
ni in monaſterium Nouella 131. definitæ, introducta BER-
LICH. p. 4. Concl. 27. n. 25. & illuſtriss. Dn. STRYK. in not.
ad LAVITERBACH. iiii. Ad. L. Iul. de Adult. verb. detruedebat-
tur, CLASEN. ad art. 120. CCC. CARPZ. qu. 53. n. 7. & 8.
BERLICH. p. 4. Concl. 27. n. 17. fol. 175. FARINAC. qu. 141.
n. 19. fol. 579. In inueſtiganda autem vera ac genuina
cauſa, qua Iustinianum ad hanc lenitatem erga fo-
minas adulterias commouerit, mirum, quam defu-
dent ICti, vid. STEPHAN. & CLASEN. ad art. 120. CCC.
DAMHOVDER. c. 19. n. 37. & 105. fol. 157. & 161. &
CARPZ. qu. 53. n. 10. seqq.

Nobis vero ex variis, quas aceruatim colligunt
Doctores, arridet illa potissimum ratio, quam ex Bo-
dino adducit CARPZ. d. qu. 53. n. 20. & cum eo Excell. Dn.
HOPPIVS. ad §. 4. I. de publ. Iudic. quod scilicet ita pla-
cuerit Theodora Imperatrici; Non reiiciendo tamen
& illam, qua a fragilitate sequioris sexus desumitur.
Vid. illuſtr. Dn. DE RHEITZ. in Mod. Acad. Disc. 31. Post. 20.
Foemina enim mala merx est, qua cito corrumpitur
STEPHAN. ad art. 120. CCC.

§. XXVIII.

Hac tamen Pœna In Saxonia non absque ratione
& in foeminis est exasperata, adeo, vt haꝝ quoque
inibi non fecus, ac mares, ferali gladio fontem ſub-
mittere ceruicem iubeantur. CARPZ. p. 2. qu. 54. n.
17. seqq. Quod si vero ſimplex adulterium ſolutus cum ma-
ritata commulerit, tunc itidem adulter huiusmodi ho-
die gladium experitur vindicem; coniugata vero, vir-
gis casu, in perpetuum mittitur exilium, CLASEN. ibique STE-
PHAN. Iul. CLARVS. Lib. 5. ſent. 5. adulterium COLER,
Decif. 176. n. 10. p. 1. fruſtra diſtentiente ZIERITZIO ad

art. 120. CCC. & poenam gladii ad fœminam quoque extendente, qui propterea consutatus est ab ~~HAB-~~
NIO ad WESENBECK. ad L. *Iul. de Adult.* n. 19. fol. 30b.
 507. Sed ab hac Iuris Civilis dispositione & generali Germania praxi diuotium fecit *Ius Saxonum per Confli.* *Elet.*
 19. p. 4. vigore cuius in ditionibus Electoratus Saxonici fœmina coniugata, solutum ad carnalem admittentes copulam, pena gladii afficiuntur, non securus, ac si maritis se se profutuisse, CARPZ. qu. 54. n. 27. seqq. IOH.
 SCHNEIDW. ad tit. inf. de nup. sub. rubr. de diuori. Num.
 26. vers. & fœcia extensionem MATTH. BERLICH. p. 4.
Concl. 27. n. 40. Denique si maritus cum soluta aliqua fœmina corpus suum misceat carnaliter, tum coniugatus in praxi fustigatur, atque in perpetuum relegatur, soluta vero tantum arbitrarie, vel carcere vel temporaliter etiam relegatione punitur, HEIG. p. 2. qu. 19. Num. 5. & 22.
 MATTH. COLER. Dec. 176. n. 21. seqq. MATTH. WESENB. in paratit. π. ad L. *Iul. de Adult.* n. 19. vs. at solute mulieres Dn. HOPP. in V. M. §. 4. t. de publ. Iudic. At vero *Constitutio Electoralis Saxonica* longe severiori poenam utriusque perfsonæ indicit. Siquidem inibi *Maritus* ad fœminam solutam prolapsus, æque gladii pœnam incurrit, ac si ad vxorem coniugatam accessisset: *fœmina* vero soluta virgis cesa, in perpetuum relegatur, docente CARPZ. qu. 54. n. 37. seqq.

§. XXIX.

Restat ut ordine nunc pariter lustremus, an & qualiter prædictis hisce, quæ regulariter adulteros manent, poenis, *sanctorum matrimonii contracti* ac intercessio innocentis Coniugis mitigationem afferre valeat, si qui forte deprehendantur Coniuges, mitiori adhuc animo prædicti, quam Paulus Eremita, qui cum haberet vxorem pulchram, eam vero in adulterio prehenderet, tacite subridens, iurato affirmavit, se nunquam cum ea in posterum rem habiturum, ad adulterum

terum vero dixit: Tu eam habeto. CLASEN ad art.
 120. CCC? Duplicatum ergo quod attinet adulterium, no-
 to erit notius, extra Electoratum Saxoniae in aliis ditio-
 nibus, in quibus Ius Commune Saxoniam & Ius Corali-
 num viget, huiusmodi adulteris ad intercessionem
 Coniugum fauore matrimonii contracti pœnam ordinari-
 am, gladii nimirum, atque fūsigationis, remitti, sub-
 stituta pœna relegationis. Dn. HOPP. in V. M. ad. §. 4.
 I. de Publ. Iudic. CARPZ. qu. 55. n. 113. STRYK. ad §. 4. I.
 de Publ. iudic. Dn. DE RHEZT. Med. Acad. 31. Posit. 20. &
 Dn. BECHMAN. ad Tit. ff. Ad L. Iul. de adult. n. 28. Obs.
 10. Vbi notanter subiicit: Hoc tamen casu extra Sax.
 Superioris desiderari consensum exque eius depeden-
 dare arbitrio, an ignoscente Vxore, reo gratiam fa-
 cere velit: Vnde sollet in sententiis addi clausula:
 Es wolste ihm dann die hohe Obrigkeit in Ansehen seines
 Weibes Vorbitte Gnade erzeigen. Conf. CARPZ. d. l. n. 29.
 Quin & expresse huic suffragatur. Nov. 134. c. 10. §
 Aut. sed hodie C. ad L. Iul. de Adult. Vbi marito coniu-
 gem, ob adulterium cum alieno marito perpetrata, in
 Monasterium detrusam, intra biennium recipere per-
 mittitur: In Electoratu vero Saxonico in hac adulterii
 specie locum non habet remissio Coniugis. CARPZ.
 p. 2. qu. 55. n. 109. seqq. DAN. MOLLER. ad Confit. Elect.
 19. p. 4. n. 5. PETR. HEIG. Lib. 2. qu. 29. n. 22. IOACH.
 ABEVST. de Iur. Commub. p. 2. cap. 17. Quod licet du-
 rum videatur Matth. Wefenbecio a DAN. Moller d. n.
 5. allegato, ratione tamen nequaque caret sua, quæ
 est grauitas delicti, remissionem coniugis ac mitiga-
 tionem pœnae excludens. Nemo enim neficit, du-
 plicatum adulterium simplici longe grauius esse, ceu
 quod duplum thorum violat, duplexque delictum
 continet. CARPZ. d. qu. 55. n. 110.

§. XXX.

Simplex quod attinet adulterium, & quidem (1.) a

F 2

Con-

Coniugato cum Soluta commissum, Praxis omnium in Germania iudiciorum abunde testatur, hic faciliter ad intercessionem innocentis Coniugis in honorem contracti matrimonii, ordinariam in Saxonia poenam glasti, in perpetuam relegationem, extra Saxonię vero ordinariam fustigationis poenam, in temporalem, vel etiam carcere poenam, mutari posse. Vid. CARPZ. P. 3. qu. 149. n. 6. & P. 2. q. 55. n. 33. Illus. RHEZ. & STRYK. proxime all. loc. Si-
cuti (2.) a Soluto cum coniugata adulterio commisso, ad intercessionem innocentis Mariti, Vxor in Saxonia gladio subicienda, in honorem contracti matrimonii tan-
tum in perpetuum relegatur, extra Saxonię vero regu-
lariter futilganda, temporale subire exilium tenetur, ali-
quando etiam soli carcere mancipanda. CARPZ. q. 55.
n. 2. & 23. ibique longa serie cit. Dares. Confer, praesudicium ap.
BECHMANNVM. in Comm. ff. ad Tit. Ad. L. Iul. de Adult.
n. 31. Obj. 13.

§. XXXI.

Illud vero non inutiliter hic queritur: *Vtrum intercessio pro Coniuge adultero facta, etiam ad mitigationem poenae ordinariæ vitroque casu profit soluta personæ, qua cum Coniugatus vel Coniugata turpiter corpus suum miscerit?* Ita putat CARPZOVIUS quæst. 55. n. 122. cum pluribus aliis, ibi allegatis Dbus, hanc com-
munem extra Eleitoratum Saxona esse sententiam refe-
rens n. 124.

At vero illam non tantum non vbique recep-
tam esse, videre est ex illis, quæ notauit Dn. BECH-
MAN d. i. n. 39. Obj. 21. (Vbi exp̄sse docet, se non
recordari vñquani respondisse FCtem Iuridicam le-
nensem, Vxore pro Marito intercedentem, qui cum
solua rem habuit, ordinariam soluta esse poenam re-
missam, neque profuisse vñquam Mariti, pro Vxore
intercedentis rogationem illi, qui adulterino am-
plexu eam polluerat); Nec non ex allegato a præ-
lau-

laudato BECHMANNO. d. l. Responso Durum Lipsiensem, Anno 1628. Mens. Nou. ita etiam extra Electoratum respondentium; Sed destitutus etiam eandem omni saniori ratione, inde liquet, quod *favor Matrimonii*, qui vniuersa huius mitigationis causa esse censetur, cestet in *solutis*, quibus tantum abeatur, ut tum præprimis, quando variis lenociniis, infidiis & artibus ad furtinum amorem pertraxerunt aliorum Vxores, sape non in honestas, sua profusa nequitia, ut potius eosdem malitia sua promeritam sustinere posnam oporteat, intercessione Coniugis innocentis foli Vxori seductæ profutura. *Vid. Dn. BRVNNE.*
in Proc. Inquisit. cap. 9. n. 36. Conf. Excell. Dm. SCHOEPFF.
in Synops. ff. Ad Tit. Ad L. Iul. de adulst. n. 30.

§. XXXII.

Ceterum, licet CARPOZIVS P. 2. q. 55. n. 70.
Et q. 6. n. 74. statuat, in honorem matrimoni contracti hoc etiam casu ordinariam adulterii mitigari peccatum, quo uterque Coniugum adulterii reus, alter pro altero intercedit, ex rationibus, ad quas in publico conflictu V. D. dabitur respondendi occasio, contrariam tamen B. BRVNNE MANNI *in Proc. Crim. cap. 9. n. 34. Et Dn. MULLERI ad Conf. Elec. ig. P. 4. n. 11.* sententiam puto aquo remedium, esse ac veriorem, eo, quod inconveniens videatur, adultero tribui beneficium *innocenti* datum, cuius filius, & non adulteri fauore, quo hic utique indignus est, placuit, ad eius intercessionem huic remitti peccatum, cuius mitigationem frustra urget hoc casu uterque nocens. *Vid. D. SCHOEPFF. d. l.*

§. XXXIII.

Mud vero facilius largior, hanc ob Coniugis innocentis intercessionem *fauore matrimoni contracti*, concedendam peccata mitigationem etiam tum locum inuenire, ut ut adulterio iam ante ob commissum adulterium promerita peccata sit remissa, non obstante

L. 2. §. Lenocinii. ff. & L. 2. C. Ad L. Iul. De Adult. iuncta
 L. 3. C. De Episcop. aud. cum fauor innocentis Coniugis,
 cui duplex perfidi thori socii adulterium sat grauem
 attulit afflictionem, simulque & duraturi matrimonii
 ratio permittere haud videantur, vt ex morte adulteri,
 vel alia duriori poena, grauior innocentis accedat
 affl. & fine culpa dannum, yniuersitate. No-
 vella. 124. c. 10. & Autb. Sed hodie. C. Ad L. Iul. de Adult.
 huic sententiae, iuxta quam non semel ita pronunci-
 atse Lipsienses, cum CARPOVIO. P. 2. q. 55. n. 66.
 seqq. testatur IOH. VOLCKM. BECHMAN. ad Tit. ff. Ad
 L. Iul. de Adult. n. 34. Observ. 16. non parum patrocinante.
 Sicuti autem Coniux remissionem semel factam reuo-
 care non potest, arg. L. 5. C. de O. & A. ob firmum ius
 adultero ex hac remissione quælitum, arg. c. 17. C. 32. q. 5.
 & L. 15. s. 5. ff. Ad L. Iul. de Adulter. Vid. CARPTZ. P. 2. q.
 55. n. 76. & 83. vbi preiudicia Conf. BECHMAN. d. l. n. 35. O.
 17. Ita in arbitrio Adulteri non est, an factam sibi re-
 missionem acceptare, an vero condignam delicto
 penam subire malit, cum hic non de delinquenti adul-
 teri, sed de innocentia laeti Coniugis agatur fauore, deque
 damno ab hoc, citra omnem ceteroquin culpam,
 subeundo, hac via euitando; Et ne frustra haec asseri
 arbitreris, eo quod casum dabilem esse vix credas,
 quo supplicium & pena acerbitas adulteri eius remissione,
 & gratie sic prælaturus, duo eodem anno necipe 1630.
 a Scabinis Lipsiensibus emanata responsa, dubium de-
 super subortum facile dispellent. Vid. CARPTZ. P. 2. q.
 55. n. 129. seq. Confer. Dn. BECHMAN. d. l. n. 49. Obs. 22.

§. XXXIV.

Hoc magis dubium videri potest etiamsi sub hac
 expressa conditione pars innocens pro adultero inter-
 cesserit, eidemque cohabitare promiserit si ipsi grata
 fiat in loco commorandi, tamen hanc intercessionem pro
 pura haberi, hoc effectu, vt pena adultero mitige-
 tur,

tur, eundemque in exilium iturum sequi teneatur,
quaꝝ non nisi conditionaliter pro ipso intercesserat.
Qualiter iudicatum esse AO. 1630. & 1632. refert.

CARPZOV. q. 55. n. 78. enique secutus BECHMĀN. d. l.

S. XXXV.

Hacce[nus] de vero adulterio; Sequitur nunc
quaſi Adulterium, quod personæ nondum quidem ma-
ritatae, despontatae tamen committunt per L. notab. ſi
vxor. 13. §. 3. ff. ad L. Iul. de Adult. L. propter 7. C. tod. Ne-
que enim infrequens est in Iure noſtro, vt ſponſus
Iure mariti utatur L. 15. §. 24. ff. de innur. L. 74. ff. de iure
dot. L. 5. C. de bon. que liber utque quod de vxore dicti-
tur, in ſponsa quoque locum habeat, PETR. HEIG.
p. 2. qu. 28. n. 14. ANDR. TIRAQVELL. de LL. Connabi-
al. Glosſ. 2. num. 1. & seqq. vid. illuſtris STRYKII Differat.
de Iure Sponsi & Sponſe c. 6. n. 7. in fine eiusque Differ. de
diſſenſia vtriusque deſpons. §. 24.

Quia tamen nondum consummatum inter de-
ſponſatas perſonas eft matrimonium, fed potius ſola
matrimonii ſpes L. 13. §. 3. ff. ad L. Iul. de Adult. inſuper in
odiſtis Sponsus mariti appellatione non continentur, nee
nupta verbo ſponsa, TIRAQ.V. in LL. Connab. glosſ. 2. verb. en
pouvoir de ſon. mari num. 18. 19. CARPZ. qu. 56. n. 16. veri quo-
que adulterii poena in corruptoribus alienarum ſpon-
ſarum in praxi non inuenit locum, ſed lenior aliqua
coercitio nempe fuſtigatio, illuſtris Dn. de RHEITZ. medi-
tat. Acad. diſſ. 31. poſ. 19. CARPZ. qu. 56. n. 36. ſeqq. petr. Aleg.
d. qu. 28. n. 28. MATTH. BERLICH. p. 4. Concl. 27. n. 146.
& 147. MATTH. COLER. p. 1. Deciſ. 176. n. 37. WESENBEC.
in parat. ff. ad L. Iul. de Adult. num. 7.

Quod tamen non aliter intelligi velim, quam ut
pena fuſtigationis, in locum ordinariae gladii poena ſur-
rogata, in hoc quaſi adulterio eo caſu locum habeat, quo
in vero adulterio ordinaria poena gladii irrogari ſolet. Pro-
inde quod emadmodum in Saxonia, marito vel viro ſolu-

to

to cum alterius vxore concubente, utriusque perso-
nae poena adulterii ordinaria nimis gladii indicitur,
ita sponsa vel iuueni soluto cum alterius sponsa carnaliter se com-
miserit, quia ibidem utriusque quasi adulterii personae,
tam sponsa vel iuueni soluto quam sponsa fustigatio-
nis poena infligenda sit, dubitandum non est, CARPZ.
qu. 56. n. 43.

Ex quo etiam secundo fluit amne, quod proin-
de extra Saxoniam hoc in casu in despontatam tan-
tummodo temporalis relegationis vel carceris poena
statuenda sit, prout fuisus elegantibus rationibus de-
monstravit Dn. FECHT. in sapientia laudata dispu. c. 2. n. 66. sa.

In casu autem contrario si sponsa ad feminam solutam
accedat, cumque ea rem habeat, quasi adulterii sponsus
solummodo fustigatione, femina soluta temporali relega-
tione in Saxonia punitur, CARPZ. d. qu. 56. n. 45. seq. Extra
illam autem & ubi ius Commune obtinet, sponsus ad
certum tempus relegari, soluta vero per aliquot se-
ptimanarum spatium in carcerem coniuci poterit.

§. XXXVI.

Quaritur ergo iam *in priori casu*. An haec poena or-
dinaria mitigari possit fauore matrimonii contracti, si
quis matrimonio cum sponsa sua consummato depre-
hendat, illam ab alio, post contracta iam cum ipso
sponsalia vitiacam esse, (vbi tamen solum virginitatis
defectum allegare non sufficit, utpote cuius certa li-
gna non dari, facentur plerique GONZALEZ. TELLEZ.
ad c. 4. n. 8. X. de probat. ZACHIAS q. m. Leg. L. 4. tit. 2. q. 1.)
hanc tamen sponte remittendo iniuriam, iurique suo
renunciando, quasi adulteram suam coniugem reti-
nere, ac pro ipsa intercedere velit? (Id equidem in-
dubiae est veritatis, quod viro ita milite decepto, ac
circa virginitatem, sponsa sua erranti, ius fasque fit,
comperio hoc facinore, illam a se, mediante confi-
storiis autoritate, dimittendi. Conf. Nov. Leon. 93. & Deut.

22. v. 21. *Dn. ZIEGLER ad Ius Canon. L. 2. tit. 12. §. 1. vid. B. BRVNNE M. I. E. Lib. 2. c. 17. §. 25.* ibique Illustris *Dn. STRYK. ad verb. sed videntur rectius sentire, iung. Excell. Dn. IO. SAM. STRYKII paterna eruditionis emuli Disp. inaug. de Matrimonii nullitate ib. 24. seq.) & confit inter omnes cordatores ICTos locum utique hoc casu dari mitigatione pene quasi adulterae praefituta fauore matrimonii contracti, & in SAXONIA quidem fustigationem cum perpetua relegatione in carcere mutari HEIG. p. 2. qu. 28. n. 27. BERLICH. p. 4. concl. 27. n. 149. CARPZ. qu. 56. n. 52. ALIBI vero temporalem relegationem in arbitriam panam converti. In posterioris casus evolutione duas occurunt quæstiones, quarum prima, eaque præjudicialis quasi est: *An femme quoque competit potestas diuertendi, hoc casu quo sponsus, hodie maritus, post sponsalia contracta cum alia soluta corpus suum misericuit, quasi hoc adulterio a sponsa demum post contractum cum quasi adultero matrimonium cognito?* Secunda quæstio eo recidit: *An femme intercessio in hoc ipso casu pro quasi adultero suo marito & fauor Matrimonii contracti ad mitigandam huin panam aliquid conferre valeat?**

Et sicuti ex sequenti pronunciati Confistorii Lipsiensis de anno 1673. verbis: Nachdem sich Caius mit seiner Magd, da zwischen ihm und der Octilia NB. allbereit öffentliche sponsalia gehalten gewesen, fleischlich vermischt, und dergestalt biedurch von ihm NB. ein wahrschaffter Ehebruch begangen worden, die Octilia auch, ihm solches zu verzeihen, und gebrochener Treu und Glaubens ungeachtet, ferner bezuwohnen, sich nicht will bewegen lassen, NB. so mag die gänstlich Ehescheidung deswegen wol vorgenommen, der Octilia auch hernach, fals sie ohne Verletzung ihres Gewissens außer der Ehe zu leben nicht vermöchte, sich in andre Wege gebührlich zu verheyrathen verstattet werden, exque illis, qua habet Excell. STRYK. in Not. ad Brunn. I. E. Lib. 16. §. 25. verb. competit cum stupro se maculasse & Dn. IO.

GEORG. NICOLAI de Diuortio c. 2. diuertendi licentiam hoc casu in Confistoriis concedi vxori, quæ scientiam stupri, post sponsalia a sposo commissi, demum naæta post consummatum cum ipso matrimonium, culpam eidem remittere, ac reconciliationi infelici successu a Confistorialibus tentatæ, locum non vult relinqueret, fatis apparet, ita vix ambigendum est, quin vxore pro Marito suo inuerso casu intercedente, eidemque amplius cohabitare volente, fauore matrimonii contracti in SAXONIA quasi adulterio, remissa fustigatione, carceris pena, vi Constitutionis Electoralis de A. 1619. CARPT. d. qu. 56. n. 52. seq. in ALIIS VERO GERMANIAE LOCIS sola Ecclesiastica penitentia, leuiorque multa Marito sit dictitanda.

§. XXXVII.

Hæc ita seſe habent in quasi adulterio a sposo sponsa cum personis solutis commisſo: Sed quid, si sponsus cum alterius coniuge rem habeat, vel sponsa marito alieno copiam sui faciat? Quod genus quasi adulterii eo grauius est alio simplici, quominus sponsus sponsaue personæ soluta dici queant. Et confitat sponsam hoc casu gladii poenam incurrere, sponsam vero virginis castam, in perpetuum mitti exilium. Quæ ipsa poena tamen ad intercessionem partis offendæ fauore matrimonii contracti remitti ac in longe mitiorem conuerti potest, prout eleganter demonstrat CARPT. d. qu. 56. n. 7. seq. vbi simul num 86. determinat, quid sentiendam hoc casu, de marito seu vxore coniugatis cum personis desponsatis rem habentibus, an etiam iisdem ad intercessionem coniugis innocentis in terris Electoratus Saxoniae (nam de lure communis, quo etiam in duplicato quo uis adulterio Remissioni locus est res dubio caret) poena gladii remitti debeat?

§. XXXVIII.

Pergimus iam ad RAP FVS crimen, quod stupro violento grauius ac atrocius, iudicatur, DECIAN. Tr. Grim.

Crim. L. §. c. II. n. 8. PROSP. FARINA C. p. 6. op. Crim. q. 145.
illuſtr. STRYK. ad I. E. Brunn. L. 2. c. 18. §. 27. p. 721. BER-
 LICH. p. 5. Concl. 41. n. 12. seq. vindicandum ultimo sup-
 plicio, L. vn. C. de Rapt. Virg. ibique BR. & PEREZ. §. 8. I. de
 Publ. Indic. ibique STRYK. & HOPP. CARPZ. p. 1. qu. 40.
 n. 27. ibique citati DD. iung. CCC. art. n. 8. ibique CLASEN. &
 STEPHAN. Quod, vtrum fauore matrimonii contracti in
 relegationem conuersti poslit queritur? Evidem de
 Iure Ciiali id negandum videtur per clarum & mani-
 festum textum d. L. qn. C. de Rapt. Virg. §. 1. vers. nec sit fa-
 cultas: iungatur Edictum panale Hamburgense d. 21. Sept. 1676.
 Hamb. S. R. p. 4. t. 26. At vero, cum Iure Canonico per cap.
 pen. & vlt. X. de Rapt. (cui in terris etiam imperii stan-
 dum esse tradunt PROSP. FARIN. p. 5. Op. Crim. qui 145.
 n. 29. SALYC. in L. Vn. C. de Rapt. Virg. n. 12. vers. de Iure
 Cannio fecus BERLICH. p. 5. Concl. 41. s. CARPZ. p. 2. qu.
 25. n. 68. ibique plena manu allegati DD.) inter Raptorem &
 Raptam subsistat matrimonium, indubia quoque erit
 veritatis, hanc raptui determinatam poenam fauore ma-
 trimonii contracti mitigari ac in extraordinariam relega-
 tionis mutari posse, illuſtris Dn. de RHETZ. Medit. Academ.
 Diff. 31. pos. 52. BEVST. p. 1. de Spons. 39. Excell. Dn. STRYK.
 ad Br. I. E. Lib. 2. c. 18. §. 27. & 32. Magnif. Dn. Preses in not. ad
 Lauterbach tit. de R. N. verb. hoc ciiam mutatum. Si enim fa-
 uore matrimonii contrabendi peena ordinaria raptoribus re-
 mitti potest, prout eleganter euictum iuit Nobilis. Dn.
 FECHT. in laudata sua Disputatione cap. 2. n. 102. seq. Sane
 multo facilius fauore matrimonii iam contracti, cuius ma-
 jor adhuc in Iure nostro fauor est arg. c. 25. X. de Iurei.
 mitigatio poenae locum inueniet. Hanc vero frustra
 tibi pollicetur Raptor illo casu, quo vel iam vxora-
 tus, vel ante contractum cum alia matrimonium, cri-
 men raptus commisit, bac pro marito raptore interce-
 dente. Nam si & hoc casu poena obtineret mitigatio
 fauore matrimonii cum non raptata contracti, nullus male-

ficus vxoratus ob capitale delictum capite plecti posset, cum inter *raptum & alia delicta*, quoad hunc esse-
ctum, nulla dari posit difference, & mitigatio poe-
nia, raptori imponenda, vnicē in fauorem ac *solanum*
raptæ sit introducta.

§. XXXIX.

Raptum propter singularem affinitatem ordine
excepit STVPRVM VIOLENTVM, quod simplex
stuprum ac fornicationem turpitudine sua multis antecedit
parafangis, MATTH. WESENB. in paratul. π. ad
L. Iul. de Adult. n. 22. IVL. CLARVS Lib 5. Sent. §. raptus n. i.
CARPZ. p. 2 qu. 75. n. 1. ibique citata DD. Poena eius tam
DE IVRE DIVINO, Deut. 22. v. 25. quam CIVILI L. 1. §.
qui puerο π. ad L. Iul. de Adult. & CAROLINO CCC. art. 119.
ibique CLASEN. & STEPHAN. omnimque locorum
STATVTIS vid. MAEV. ad Ius Lub. Lib. 4. tit. 7. art. 1. &
Dn. HOPP. ad §. 4. I. de publ. Iudic. est capitalis. Quæ vltimi
supplicii poena quin & ipsa quoque fauore matri-
monii cum feminā, per vim stuprata, contracti ad præuiam
huius intercessionem violento stupratori remitti, ac
in relegationis poenam mitigari posse, nullus fere Do-
ctorum insciabitur, B. BR. in I. E. L. 2. c. 18. §. 27. ibique
Excell. Dn. STRYK. FARIN. Op. Crim. L. 5. qu. 145. n. 97.
CARPZ. p. 4. C. 30. D. 7. & p. 2. qu. 75. n. 65. BERLICH. p. 5.
concl. 41. n. 51. seqq. propter elegantes rationes a BER-
LICHIO & CARPOVIO dict. loc. magno agmine ad-
ductas. Sicuti vero paulo supra notauiimus, tum de-
mum Iudici competere facultatem, ordinaria mitio-
rem raptori imponendi poenam, si *is ipsam personam raptam* in vxorem duxerit, non vero si quacunque ali-
am, ita & his binis parilem addemus limitationem,
monendo, haec tenus dicta eo saltem procedere casu,
quo inter violentum stupratorem & *ipsam feminam vi-
compresso legitimum* subsequitur connubium, sicut
vero si aliam matrimoniali copula sibi postea iunxerit,

&

& hæc pro illo intercedere velit, vid. *omnino BFRICH.*
d. consl. 41. n. 51. Idem quoque iudicium esto de illo
 casu, quo *marius puelle violentum intulit stuprum*; Siqui-
 dem hic nec fauor matrimonii cum vxore sua antea
 legitime contracti neque illa eius intercessio quic-
 quam operabitur. Etenim quod in criminis Adulce-
 rii receptum est, ut nempe in *bonorem matrimonii con-*
tracti, ad coniugis intercessionem, poena ordinaria re-
 mittatur adulteris, ad casum stupri violenti, quod per
 se etiam *ultimo supplicio coercetur*, nequaquam extendi
 debet, *CARPZ. d. qu. 75. n. 24. vbi praediudicia.* Nunquam
 autem *fauore matrimonii contracti* ordinarium remittitur
moris supplicium, quoties delictum cum adulterio
 coniunctum, per se mortis poenam meretur, præprimis
 si delictum cum adulterio concurrens æque principa-
 liter ad terrii læsionem tendat.

§. XXXX.

Lustrato stupro violento, facile iam erit iudici-
 um de *STVPRO VOLVNTARIO*, quod scil. cum
 virgine, vel vidua volente, & parum reluctante, com-
 mittitur. Punitur id ipsum *IVRE CIVILI* in honesti-
 oribus publicatione dimidia honorum partis, in vi-
 lioribus fustigatione cum relegatione §. 4. I. de publ. *Iu-*
dic. IVRE DIVINO ita ut stuperatur itupratam & ducat
 & dotet, *Exod. 22. vers. 16. Deut. 22. vers. 28.* cui consen-
 tit *IVS CANONICVM c. 1. & 2. X. de Adult.*

§. XXXXI.

HODIE plurimis in locis stuperator mulieram sol-
 vit pecuniam vel incarceratur pro arbitrio iudicis,
 stupratamque vel ducere vel dotare tenetur, alimentis
 præstatis infanti, *CARPZ. qu. 69. per tor. & p. 4. C. 27. def.*
1. Dn. STRYK. ad Br. I. E. Lib. 2. cap. 18 n. 26. BEOLD.
p. 6. Conf. 26. n. 40. Dn. HOPP. in V. M. ad §. 4. I. de P. I.
& illustris Dn. de RHEZT. Medit. Acad. Diff. 31 posit. 25.
Quæ electio tamen vel dotandi vel ducendi stupratam,

G 3

tunc

tunc demum stupratori permittitur, si non simul cum
stupro spem Matrimonii puellæ deceptioni obnoxiam
fecit. Quod incomparabilis ille GROTIUS de I. B. ac
P. Lib. 2. cap. 17. n. 1. c. 5. eleganter ita exprimit: *Qui*
Virginem immixuit vi, aut fraude, tenetur ei rependere, quan-
ti minoris ipsi valet spes nupiarum: Imo & ducere tenetur si ea
promissione corporis vñram impetraverit. Sic enim etiam Invita-
tus consummare stuprator compellitur matrimonium,
etiamsi ex vera sua intentione sicut tantummodo seu
ex ioco matrimonium promiserit ad obtinendum in
stuprum consensum Dn. STRYK. in not. ad Lauterb. tit.
ad L. Iul. de Adult. coerc. verb. aut dotet, vid. Diff. eiusdem de
Iure Persuasionis c. 2. n. 66. seqq. CARPOV. in Iprud. Ecl. L.
2. d. 228. n. 8. & HOPP. d. 4. Quod si ergo stuprator
illam ducere velit, ipsa vero huic nubere detrectet,
tum ne quidem ad dotem dandam obligatur; vid.
ZIEGL. ad Lancell. inst. Lib. 3. tit. 8. verb. si vero pater. Qua-
liter respondisse Facultatem Iuridicam Rostochiensem
1695. & eiusdem Anni Menfe Junio Consistorium
Mecklenburgense, notauit Excellentissimus Dn. Praes in
not. ad Lauterbach. tit. ad L. Iul. de Adult. fœcus vero fœre res
habet, si pater stuprata in nuptias consentire nolit,
hoc enim stuprato non imputandum. FARINAC. p. 5.
Oper. Crim. qu. 147. num. 127. & seqq. Quia illo frustra quo-
que dotem etiam casu vrget quo ipsa Iuuenem seduxit,
stuproque anfam dedit v. g. ad Musarum Iuuenis sine
iusta causa veniendo Vid. Dn. STRYK. ad Br. I. E. Lib. 2.
cap. 18. & 18. 26. ibique prædictum. Ceterum in hoc vñani-
mi consensu omnes conspirant Doctores, quod carceris
vel pecunaria poena, omnibus stupro se polluentibus
regulariter determinata, mitigetur vtique favore mar-
monii contracti, si stuprator per legitimum copulæ sa-
cerdotalis nexum sibi iunxerit illam, quam stupro
polluerat, & vel in paucorum dierum carcerem vel leviorem
multam conuertatur. Mev. ad I. L. Lib. 4. tit. 5. art. 1. n.
31.

31. CARPZ. Iprud. Confst. Lib. 3. Def. 76. & seqq. p. 2. "qu.
69. n. 51. seqq.

§. XXXII.

An vero & poenitentia Ecclesiastica, vulgo die Kirchen-Buß, fauore Matrimonii contracti remittatur, in que multam commutetur, disquirere hic solent IC-
ti, & plerique eorum in affirmatiuam abeunt senten-
tiam, nisi vita ante acta aliud exigat Vid. DN. HOPP,
in V. M. ad pr. I. de Nupt. CARPZO V. in Iprud. Eccl. L. 3.
def. 88. n. Quæ quidem sententia sine omni dubio cal-
culum meretur, si ipsæ personæ desponsatae amoris
amentia ductæ concubitum anticipauerunt; Conf.
Excell. DN. MVLLER. in Differt. de penit. Eccl. c. 4. n. 76. &
in Differt. de Hierologia Sctt. s. th. 4. CYPR. de Spons. Cap. 5.
§. 10. n. 2. & cap. 13. §. 54. n. 1 & 2.

§. XXXIII.

Agmen delictorum carnis iam claudit FORNI-
CATIO; Quæ IVRE quidem CIVILI extra omnem
poenam est, quippe qua ad stupra & adulteria evitan-
da inibi permissa per L. 13. §. 2. & L. 22. & 23. C. cod. sicut
apud plures quoque populos impunita fuit, GRO T.
de I. B. P. Lib. 3. cap. 4. n. 2. id quod tamen hodie inpri-
mis post R. I. de A. 1550. tit. 32. aliter se habet, vt pote
vbi fornicatio arbitrarie punitur carcere nimisrum, mul-
eta, relegatione aut fustigatione, prout scil. vel clam
vel palam, sapientius, aut non adeo sapere, commissa.
CARPZ. qu. 70. per tot. GEORG SCHVLTZ in Syn. inf. b.
z. lit. M. Excell. DN. HOPP ad §. 4. I. de publ. Iudic. Quod
vero etiam in hoc crimine fauor matrimoni contracti lo-
cum facere posuit mitigationi pena ordinariae, si quis
videlicet opus misericordia exercevit, vid. cap fin & pen.
32 qu. 1. & cap. inter opera vbi Glossa de Sponsal & a vita mere-
tricia in eum itam virtutis reducturus locinam aliquam,
illam legitimo matrimonii nexus sibi associauerit, nemo
non concedet facile, MEV. ad I. L. d. l. n. 8. cum subfe-
quens

quens matrimonium omnem turpitudinem purgare videatur. arg. c. tanta 6. X. qui filii sunt legitimi Conf. BONAC. in quest. crim. verb. mererix HIPPOL. de MARSIL. sing. 248. Rom. in L. si vero s. de Viro n. 23. π. solut. matr. MATTH. de AFFLICT. in Conf. Neap. rubr. 43. n. 2. lib. 3.

§. XXXIV.

Antequam colophonem praesenti imponam dissertationi, lubet vel binis tantum, ne illa modum migret, inquire in Desertionem, an huius quoque criminis rei pena fustigationis flatuis localibus determinata favore matrimonii contracti ad praeuiam innocentis Coniugis pro reuerso desertore intercessionem remitti ac in initorem conuerti valeat? Et sicuti de Saxoniam (vbi cateroquin omnium rigidissime delicta carnis coercentur ipsaque malitiosa desertio fustigatione punitur:) hoc asterit multisque præiudicis confirmat CARPOV. p. 2. qu. 58. n. 64. seqq. su. mo BEYST. De sponsal. p. 1. c. 61. verb. hic secundum est p. m. 84. propter expressa verb. Ord. Eccl. ibi. Es wære dann ic. ita dubium remanet nullum, quin extra saxoniam & illis in locis vbi fustigatione minor malitiosis desertoribus imponitur pena, haec mitigatione multo facilius locum sit obtentura. Quanam vero sit pena malitiosi desertoris adulterium simul committentis, & num haec quoque favore matrimonii contracti per reditum reconciliati mitigari queat, ex professio tractat CARPZ. d. qu. 58. n. 91. ad quem mitigatione & hoc casu locum dantem ut benevolum lectorum remittam breuitatis me cogit studium. Atque hic finire me posse arbitror, non quod omnia dicta sint, quæ dici poterant, sed quod dictum satis mihi videatur ad iudicandum de omnibus, quæ in hac materia occurtere possunt, quaestionibus, quas si quis limatori iudicio & accuratori opera collectas publico sifset, adeo me inuidentem non habebit, vtro & gratiam referet.

EX GLORIACINA SCHIFFERIANA MDCCXIIII

00 A 6379
VD 18


ULB Halle
002 916 568

3



WPA

B.I.G.



21
24

IOHANNIS KLEINII
I. V. D. ET PANDECT. P. P. SERENISSIMI PRINCIPIS MEGAP.
CONSLIARII INTIMI, NEC NON CANCELLARIAE
IVSTITIAE, AC CONSISTORII DVCALIS
DIRECTORIS

COMMENTATIO IVRIDICA
DE
MITIGATIONE
POENARVM
FAVORE MATRIMONII
CONTRACTI

Von gelinder Bestraffung zu Ehren
dem heiligen Ehestand.



IENA E
EX OFFICINA SCHILLIANA MDCCXLIII.

